



Ab. 34.



9.2
DISPUTATIONEM JURIDICAM
De

4
MILITE,

Benignâ summi Numinis indul-
gente gratiâ

Et Magnifici Jureconsultorum Lipsiensium
Ordinis Consensu

SUB PRÆSIDIO

VIRI

NOBILISSIMI ET CONSULTISSIMI

DN. AMADEI ECKOLDS,

Phil. & J. U. D. & Facultatis Juridicæ
Assessoris.


Patroni & Præceptoris nunquam satis vene-
randi, publicæ Eruditionum disquisitioni
subjicit

JOHANNES TSCHERNING, SIL.
AUTOR.

In Auditorio Justitiæ Sacro

Ad diem 22. Aprilis,

Anno 1659.



L I P S I Æ

LITERIS CHRISTIANI MICHAELIS,

Le Gigab

MILLER

JOHANNES TSCHEERNING, S.I.L.

JOHANNES TSCHEERNING, S.I.L.

JOHANNES TSCHEERNING, S.I.L.

JOHANNES TSCHEERNING, S.I.L.

JOHANNES TSCHEERNING, S.I.L.

JOHANNES TSCHEERNING, S.I.L.

JOHANNES TSCHEERNING, S.I.L.

JOHANNES TSCHEERNING, S.I.L.

JOHANNES TSCHEERNING, S.I.L.

JOHANNES TSCHEERNING, S.I.L.

JOHANNES TSCHEERNING, S.I.L.

JOHANNES TSCHEERNING, S.I.L.





I. N. R. N. J. C.

B

Eatissimum fore regnorum & Rerumpub. statum,
 si armorum iustâ occupatione socia Hominum vi-
 ta in otio contineretur, ipsaq; Leges eorum presi-
 dio decorentur, non sine causa Sacratissimus Im-
 perator Justinianus asseruit. a Cum enim infi-
 nita mortalium cupiditas & ambitio, nunquam
 suo contenta, alienas Opes & facultates indefesse inhiet, fieri non pot-
 est, ut tranquilla sit communis vita societas, nisi effrenata illa concu-
 piscencia, bellicâ virtute, quasi fræno quodam cohibeatur, & metu
 gravioris mali innocentes aliorum fortunas impetere desistat. Unde
 meo iudicio non alienum dixisse videtur, qui virtutem militarem
 prestare ceteris omnibus cordatè affirmavit: b Cum patria, Liber-
 tas, Cives, atque adeo ipsi Reges lateant in tutelâ ac presidio bellicæ
 virtutis. c Non regna à Latrociniis & invasionibus tuta erunt, nisi
 fortitudine militum muniantur atque defendantur. Neq; ignaviâ
 magna imperia continentur, sed virorum armorumq; faciendum est
 certamen. d Quam ob causam laude suâ non carent, qui non præ-
 dandi quâdam spe, sed patriæ sociorumq; periculis commoti, ea vel i-
 pso corporum suorum objectu avertere non verentur. Non latuit ea
 res tot summi nominis Imperatores & Duces, qui insignem Operam,
 quam milites in bellis probaverant, omni munificentia genere com-
 pensare laborârunt: adeo ut non communi cum reliquis iure censen-
 dos eos existimarent, sed dignos qui propter expeditionis necessita-
 tem, ipsaq; vite, quæ subeunt discrimina, immunitatibus maximis
 gauderent. Non Julii Caesaris modo multa in milites indulgentiæ
 vestigia extant: sed & Titum, Domitianum atq; Nervam celeberr-
 mus ille Juris Præco nominat, e quorum singularem Liberalitatem
 erga milites ipsorum commendat. Ut taceam alia Loca, quæ Lau-
 de militum militiq; insigniter referta sunt. Hinc igitur adductus
 sum, ut non vulgarem operam locaturum me considerem, si, quantum
 vires patiuntur, de utilissimâ ac jucundissimâ hac materiâ in istam

a Procem:
Inst. §. i.

b Cic. pro
Murana
c. 10.

c Lips. §.
Polit. c. 2.
n. 6.

d Tacit. 15.
Ann. c. 1.
in fin.

e Ulpia-
nus in l. 1.
pr. ff. de
test. mil.



charta angustiam aliqua congererem. *Quae per modum Dissertationis sic collocata, rogo, amice Lector, ut benignâ animi censurâ suscipias. & si minus in omnibus desiderio tuo satisfecerim, cogites, non modo non institutum fuisse, sed nec fieri posse, ut diffusa haec, & integris voluminibus digna materia aliquot pagellarû ambitu capiatur.*

THES. I.

Primùm itaque eruenda est Denominatio Militis: Sed cum iam abundè indicet Ulpianus *in l. 1. §. f. ff. de test. mil.* in eâ re laborandum non est. Vel enim dicitur à militiâ, i. e. duritiâ, quam sustinet: aut à multitudine: aut à ma'o, quod arcet: aut à numero mille Hominum, quasi millesimus quisque. Quamvis priorem denominationem amplectatur Sextus Pompeius *Fest. lib. de verb. signif.* Et ad posteriorem accedat Valia *Lib. 1. Elegant. c. 14.*

TH. II. Hoc autem vocabulum militis & militiae, si quod aliud, æquivocatione suâ non caret. Omissio enim, quod de spirituali militia, Angelorum nempe & animæ nostræ contra vitia & Dæmonas ex sacris deduci posset; (sicut & hoc sensu Episcopi, Sacerdotes & omnes Clerici milites, sed spirituales vocantur: *can. 2. dist. 59. Everhard. in loc. Top. 56. n. 1. per gloss in leg. 6. ff. de re judic. & arg. Nov. 123. c. 19.*) in jure civili varii variè dicuntur militare. Quorum in numero sunt. 1. Advocati, qui gloriosæ vocis confisi munimine laborantium spem & vitam defendunt. *l. 14. C. de Advoc. divers. judicior.* unde & illis dicitur esse peculium quæ castrense. *leg. 4. C. dict. tit.* 2. Militum appellatio tribuitur illis, qui in sacris scriniis militant, *l. 5. 7. 8. & tot. tit. C. de proxim. sacr. scrin. lib. 12.* quorum militia literata dicitur in *d. l. 8. C. h. t.* ad differentiam illorum, qui militant in rebus ipsis, & in actu reipublicæ. *l. 1. C. de agent. in reb. lib. 12.* à Græcis dicti Magisteriani. Varios horum gradus vid. ap. Peretz. in comm. *Cod. de agent. in reb. n. 1. & seqq.* 3. Omnibus officialibus, qui in sacro Augustorum Palatio olim erant, & hodiè Aulici arg. *l. 2. & 3. C. de priv. eor. qui in sacr. pal. vel curiales, arg. l. 7. C. de palat. sacr. largit. vocari possunt, idem militiae nomen adsignabatur; tot. tit. de priv. eor. qui in sacr. palat. & l. un. C. in quib. caus. mil. for. præscr. dicebanturq; milites palatini l. 1. C. de priv. eor. qui in sacr. pal.* Quo-
rum

rum diversa nomina refert Petrus Gregor. Tholos. Syntag. jur. univ. lib. 19. c. 1. n. 9. 4. Ex leg. 3. C. de Castrens. & minister. quidam militare dicuntur in scholâ vestis sacræ, quod erat officium eorum, qui in ipso Regis cubiculo serviebant, & conservabant, quicquid pretiosum & ad splendorem regium pertineret. His suberant alii, procuratores & Magistri Lineæ vestis dicti, qui lineas vestes fieri curabant, facta quæ custodiebant, quorum usum adhuc in Gallia, Hispania & Aula Austriacâ esse affirmat Peretz in comm. d. tit. n. 4. Latine vocantur primicerii in scrinio sacri vestiarii. 5. Milites quoque nominantur Apparitores in Prætorio. l. 10. ff. ex quib. caus. maj. & horum manus dicitur militaris in l. 68. ff. de R. V. 6. Doctores & Scholares milites videntur. Acac. ab Eneke. de Priv. mil. lib. 1. c. 3. n. 8. per gloss. ibi alleg. 7. Appellantur etiam militiæ redditus certi officiorum, vel commoda Annonarum & Salaria, quæ ita in commercio esse solent, ut emi, vendi, legari, vel alio modo relinqui possint. l. 49. §. 1. ff. de leg. 2. l. 102. §. f. ff. de leg. 3. adde l. 5. C. qui milit. poss. Gilken. in Comm. ad Auth. ex testamento C. de collat. n. 61. & Bacchov. ad Tr. vol. 2. d. 17. th. §. Lit. h. Henr. Zæf. in comm. tit. de collat. n. 22. Eaque Filio, à Patre ipsi acquisitæ, in legitimam imputantur. l. 30. §. 2. C. de inoff. test. Dan. Mollerus in Constit. Elect. P. 5. de quæst. var. & miscell. q. 3. n. 14. 8. Dicitur & militia quædam honoraria, quæ citra cingulum militiæ conceditur. Quales milites Togatos Princeps amplexu vel alio modo facit, à Lamprid. in Alexandro ostentationales dictos. Petr. Gregor. Tholos. d. lib. 19. c. 1. n. fin. 9. Denique omnes illi, quibus in l. f. in fin. pr. & §. 1. C. de inoff. test. peculium quasi castrense datum est, quodammodo militiam exercere dicuntur. arg. d. l. princ. Et videas præterea passim militiæ & militandi vocem variè acceptam. Unde illud Ovidian: Militat omnis amans & habet sua Castra Cupido. Et servus ille Plautinus in Persâ per militiam denominat operas serviles, cum alteri servo respondet: Vetus jam isthæc militia est tua.

TH. III. Verùm omnes illas appellationes, tanquam alienas à proposito hoc themate planè remotas volo, cum singuli & universi, quibus abusu quodam vocis militiæ nomen tribui dixi, non tam virtute corporis & armis, quam vel ingenio, vel ratio-

nibus, vel officio pro salute reip. contendant. Itaque totam huius loci quæstionem ad armatam militiam transfero, illam scil. quam cincti milites & in numeros relati, profitentur, *arg. S. sed hactenus inst. de test. milit.*

TH. IV. Quibus præmissis ipsam militis definitionem aggre-
dior, eumque describo, quod sit Persona ab Eo, cuius est belli
gerendi potestas, ad justum bellum lecta, in numeros relata, &
sacramento firmata. *Sec. Enekk. lib. 1. de priv. mil. c. 4. n. 8. arg. l. 42. ff. de test. mil.*

TH. V. Varia verò militum armatorum genera esse depre-
hendo. Ratione temporis alii dicuntur Tyrones *l. 3. §. 9. ff. de re milit. tot. tit. C. de Tyron. lib. 12.* quales erant, qui publicis sti-
pendiis in scholis militibus instituebantur. *arg. l. 3. C. d. t. non-
dum verò in numeros militum relati. l. 42. ff. de test. mil.* Alii
veterani, qui post viginti annorum impleta stipendia honestam
vel causariam missionem consequiebantur. *l. ult. C. de his qui non
implet. stipend. lib. 10. l. 1. C. de excusat. veter. l. ult. C. de mancip.
& colon. patrim. lib. 11. l. 2. C. de re milit. lib. 12.* Et dicebantur
Emeriti *arg. l. 2. C. de his qui non implet. stip. & arg. d. l. ult. C. de
mancip. & colon. patrim.* quasi dicas extra id tempus positi, quo
merere stipendia coguntur *Donell. comm. jur. civ. lib. 25. n. 26. pag. 230.* 2. Ratione ordinum alii nominantur gregarii *l. ult. C. de mi-
lit. vest.* qui etiam vocabantur caligati, & ex infimâ sorte Vulgi
in pedestres ordines assumti erant. *l. 21. C. de nupt.* Alii mani-
pularii, Legionarii, Triarii &c. 3. Pro diversitate muneris in-
iuncti alii sunt Centuriones *l. 13. §. 4. ff. de re milit.* alii Tribuni *d. l. 13. §. 4. & l. 12. §. 2. ff. eod.* Alii Præpositi *l. 6. §. 1. ff. eod.* De qui-
bus plura refert *Tholosan. d. l. 19. c. 3. n. 22.* 4. A diversitate loco-
rum, in quibus occupantur, alii in Castris constituti sunt, *§. 3. inst. de test. mil.* alii sunt Limiranei, qui castra & limites Civitatis de-
fendunt, & in locis hostium finitimis ad repentinos eorum in-
cursus intenti sunt, *l. 2. §. 8. & 13. C. de off. Præf. Præt.* Alii statio-
narii sive Præfidiarii, qui per Castella & Civitates dispositi sunt,
& ad provinciæ quietem aluntur *l. 2. C. de fund. limitroph. Mynsing. ad §. 1. inst. de test. milit.* Alii vigiles, hybernantes, & similes, de
quibus copiosè tractat. *Liber. Baro ab Enekk. lib. 1. de priv. mi-
lit.*

lit. c. 5. Quin verò tam limitanei & præfidiarii, quàm in Castris occupati dicantur in expeditione esse, nullus dubito. Est enim expeditio non ipse conflictus, sed ubicunqve periculum hostium est, adeoqve totum illud Tempus, quo milites in armis procedunt aut subsistunt contra Hostem, sive eum persequantur, sive imminentem expectent, vel ut invadant, vel ut invadentem sustineant ac propulsent. *Finkelthaus. Obs. 46. n. 8. Richter. in Auth. habitâ C. ne fil. pro patr. p. m. 29. Enekl. d. tr. Lib. 2. Priv. 4. n. 6. & priv. 16. n. 12. & lib. 1. c. 5. n. 2.* ubi expeditionem & militiam Synonyma esse variis rationibus ostendit, cujus sententiæ quoqve subscribere haut vereor non obstantibus in contrarium. 5. Potest etiam adstrui, alios esse digniores, alios viliores *ca l. 2. §. 1. & l. 5. pr. ff. de re milit.* quarum divisionum multas præterea collegit *d. Gregor. Tholosi præalleg. loc. n. 16. 18. seqq.*

TH. VI. Causa efficiens Militis est ille, penes quem sunt Majestatis Jura vel summa potestas. Cum enim nisi is, bellum nemo alius ritè suscipiat & gerat; hinc & soli ei militis legendi jus competere non difficile apparet. Dicitur autem summa potestas, cujus actus alterius juri non subsunt, ita ut alterius voluntatis humanæ arbitrio irriti possint reddi. *Grot. de jure B. & P. Lib. 1. c. 3. n. 7.* Eamqve habent Princeps Romanus, aliiq; Reges, & liberi populi superiorem non recognoscentes, *l. 1. C. ut arm. usus. lib. 11. c. 4. caus. 23. quest. 1. & arg. l. 24. ff. de capt. & postlim. Gail. de P. P. lib. 1. c. 4. n. 6.* Privatis verò milites habere interdictum sub pœnâ 5. librarum auri, *in leg. 13. C. de re milit. & per Constit. Zenonis in leg. 17. C. eod.* prohibitum, ne militiæ quis societur sine probatoriâ Principis: pœnâ 100. librarum auri in eos statutâ, qui numeros inscio Principe suppleverint. *adde l. 3. C. de agent. in rebus.* Imò cum singuli milites suis adstricti sint numeris, non potest Dux aut alius exercitui præfectus eos ad alios numeros suo arbitrio transferre, nisi ob publicam utilitatem aut ex voluntate principis *l. 14. C. d. t. de re milit.* Nec moveor, quod interdum inferiores potestates militem scribere & bellum inchoare possunt. Illud enim si fiat, sanè censendum erit geri bellum ex vi summæ potestatis. Nam quod faciendi quis alii jus dat, ejus ipse autor censetur, sunt verba *Grotii d. l. n. 5.* inde ubi hujus juris

con-

concessi expressa non apparet voluntas, jure civili majestatis reus judicatur is, qui sine principis jussu delectum habet, exercitumve conscribit, l. 3. ff. ad L. jul. Majest. aut arma sumserit, arg. Nov. 85. c. 1. Jacob. de S. Georg. de feud. in verb. & promiserunt n. 10. f. m. 209. Et novissimo jure, qui ad invasionem alterius sine permisso summi Principis arma movet, violati territorii & pacis fractæ poenâ tenetur. Recess. imp. de Anno 1555. S. wo sich aber/cuma s. seq. Reinking. de R. S. & E. lib. 2. cl. 3. c. 1. n. 12. adeo, ut contra eum, vel ex Camera imperiali vel aulâ cæsareâ mandata avocatoria sine clausulâ possint decerni. Gail. de P. P. lib. 1. c. 4. n. 1. & 2. Principibus tamen Germaniæ ex antiquissimo libertatis prætenso milites conscribere tam in propriam, quam aliorum salutem concessum est. Waremund. ab Ehrenberg. Lib. 1. de feud. c. 2. n. 56. maximè si fiat secundum formam Constit. Imper. imprimis de Anno 1555. 1570. 1576. 1582. 1594. 1598. item cum præscitu Ducum circularium propter recessum de Anno 1564. S. demnach so declariren/ teste Reinking. d. l. n. 18. Quod si tamen statui cuidam imperii aut domino contumaces ac rebelles sint subditi, non dubito quin licitè & inconsultò summo Imperatore armatâ manu inobedientes possit invadere, arg. leg. 6. §. 1. ff. de poen. Gail. de P. P. lib. 1. c. 2. n. 20. in prædictam enim banni poenam incurrere non potest, cum pacem publicam non turbet, qui dominicæ potestatis jure utitur. Id. d. l. n. 19.

TH. VII. Quod autem dixi vi supremæ potestatis competere militis legendi Jus, in eo excludo merum imperium, cui illud annexum non est. Nam merum imperium est potestas exequendi in causis criminalibus. Dn. Præses in Colleg. Wesenb. de Jurisdic. pr. Et saltem consistit in graviore criminum quæstione & animadversione. Paurmeister. de Jurisdic. lib. 1. c. 13. n. 17 ubi hæc latius explicat. A quo planè aliam esse summam potestatem & majestatem ex prædictis abundè liquet. E. gr. Proconsul & Præses provinciæ habebant merum imperium leg. 8. ff. de off. procons. & leg. 4. ff. de off. præsid. Tantum tamen abest ut militem aut exercitum scribere potuerint, ut (translato scil. à populo in principem omni jure) vi legis regię omnis hæc potestas solius principis arbitrio relicta fuerit, arg. dd. ll. Wesenb. dist. tit. de off. Procons. & de off. præf.

TH. IIX.

TH. IIX. Sicuti verò multum refert, Personam eorum qui legunt milites, optimè dijudicare: ita non minus operæ pretiū est de iis etiam, qui recipi in militiam possunt, cognoscere. Constat autem acutissimos illos militaris disciplinæ censors Romanos non faciliè quæquam ad militaria stipendia admisisse, nisi cujus aut optima familia, aut facultates, obsidis quasi pignorisque loco reipub. videbantur, in quibus quoddam amoris in patriam firmamentum esse posset. Tanti nimirum fiebat olim armata militia, ut nisi digniores Cives aut ex ordine equestri non admitterentur: sicut non obscure colligitur ex *Nov. 33. ibi: nitentes fastigio, & lege 4. C. ad L. Jul. Majest. ibi: militia & generis*. Exinde est, quod proletarios & capite censos (qui nullo aut modico ære censebantur) licet Cives essent, ante Cajum Marium temerè in militiam non assumptos esse, nisi in tumultu maximo, tradit *Gellius lib. 16. N. A. c. 10.* Cujus observantiæ vestigia numero non pauca, etiamnum in jure nostro civili reperiuntur, quod ipsum non omnibus aditum ad militiam concedit, sed variis ex causis varios reprobat. De quibus singulis ordine jam dispiciam.

TH. IX. Ob ætatem prohibentur militare, qui nondum comp'everunt annum 17. Eam enim ad ætatem Adolescentes Romani in togâ prætextâ erant; quâ deinde togam virilem assumptes militaris ætatis esse incipiebant, cum prius Tyrociniò eos adscribere nemo imperatorum poterat. *l. 1. C. de Tyron. & Livius Dec. 3. lib. 5.* Quod tamen perpetuum non fuit, sed sæpè pro necessitatibus Reip. immutatum, lectique interdum, qui vix 16. annum attigerant, teste *Livio d. l. 5. & 6.* sicut ex *lege ult. C. de test. milit.* nobilium filios ante perfectam ætatem in militiam receptos legimus. Fortasse tamen ad Exemplum trahendum non est, quod Princeps cuidam ob merita Parentum indulsit *l. 1. §. 2. ff. de constit. princ.* ita Tiberius Germanicum & Drusum juvenes in Castris esse, quo militiæ assuescerent, voluit. *Tacit. 2. Annual. c. 44.*

TH. X. Propter statum milites esse nequeunt Servi, *l. 11. ff. de re milit. s. scientibus s. ignorantibus Dominis, l. pen. C. qui mittit. poss. l. 2. C. de Tyron.* Si enim sciverit Dominus, Dominium

B

servi

servi & Jus Patronatus amittit. Si verò ignoraverit, servi spo-
liati militia priori Domino restituantur. *l. 6. C. qui mil. poss. & si*
inter numeros deprehendantur, capite puniuntur, d. l. 11. ubi ta-
men ex rescripto Trajani apud Plinium Epist. l. 10. Epist. 39. re-
fert, an voluntarii se obtulerint, tunc enim animadvertendum
in illos erit, si electi sint, inquisitor peccavit: Si vicarii dati, pe-
nes eos culpa est, qui dederunt, adde d. l. 2. C. de Tyron. Quod dictu
de Servis, obtinet quoque in ingenuis bonâ fide servientibus,
& in illis, qui status controversiam patiuntur l. 8. ff. de re milit.
Quibus adjunge ex ead. l. 8. qui ab hostibus redempti nondum se-
luerunt, quod quidem hodiè non infrequens esse puto, ubi sub-
lato jure servitutis, & in ejus locum captivitate introductâ, ii, qui
pecuniam victori promiserunt, obstructi sunt sub poenâ nominis
& famæ, quæ vitæ æquiparatur. l. 9. ff. de manum. vind.

TH. XI. Servis non ineptè conjunguntur, qui ratione alia-
rum functionum impediuntur: quo in numero sunt agricolæ &
Coloni *l. 3. C. qui milit. poss. & l. 19. C. de Agric. & censit.* adeo ut
non solum inviti cogi non possint, sed & ultrò se offerentes non
recipiantur, *d. l. 3. imò si cum agris colerent, in militiam convo-*
larunt, ad Rura sua revocandi sunt, l. 4. C. de mancip. & colon. pa-
trim. cum è republicâ non sit, ad extraordinaria onera trahi, qui
sationibus & colligendis frugibus reipub. necessitatibus oppor-
tuno tempore satisfacere debent. *text. in leg. 1. C. de agric. & cen-*
sit. Hâc in classe post apparitores magistratû potestatis, *l. 19. C.*
d. t. constituuntur etiam Clerici, quorum muneri convenit, ut à
negotiis secularibus & armis alieni in sacris DEO militent, ora-
tiones & lacrymas fundant, quæ sunt arma & munimenta sacer-
dotis adversus hostes, *c. 3. & 28. caus. 23. qu. 8. c. ult. dist. 36.* Præ-
terea Decurionum quoque Filii, & qui in fraudem civitum mu-
nerum militiæ nomen dant, milites esse prohibentur. *in l. 2. & 4.*
C. qui mil. poss. Negotiatores verò an possint, dubitatur? &
quamvis *gloss. in l. 45. ff. ex quibus caus. maj. propter l. un. C. negot.*
ne milit. dicat, quod non: Mos tamen rejiciendi eos, maximâ ex
parte mutatus est, ut hodiè militare licitè possint, dum non in i-
psâ militiâ & prætextu ejus negotientur. *per d. l. un. Euenk. de*
Pr. mil. l. 1. c. 4. n. 4.

TH. XII.

TH. XII. Propter inhærentes obligationes à militiâ exclu-
duntur, qui litis causâ militiam appetunt, ut durio rem causam
adversario faciant, *l. 1. §. 1. C. qui milit. poss. l. 4. §. 8. ff. de re milit.*
Postulante igitur adversario, sacramento, citra tamen infamiæ
maculam solvantur, *d. l. 1. §. 1. & d. l. 4. §. 8.* quia militaria privile-
gia ad alienam injuriam porrigenda non sunt, *l. 40. ff. de adm. tut.*
Hoc verò tum demum procedit, si quod dixi, vexandi adversa-
rii ergò fecerint. Eum enim animum si eos non habuisse doce-
ri potest, sed vel litem relinquere, vel transigere non averfantur,
utique relinqvendi sunt in militiâ, *d. l. 4. §. 8.*

TH. XIII. Ob delicta & pœnam indigni sunt, damnati ad
bestias *l. 4. §. 1. ff. d. r. adulterio, l. 2. §. 3. ff. de his qui not. quia non*
tantum existimationem perdunt, *d. l. 2. §. 3.* Sed ipsâ sententiâ
judicis simul sacramento ignominie causâ solvantur. *Freher de*
existim. l. 3. c. 16. n. 3. vel alio judicio publico, *d. l. 4. §. 7.* in insu-
lam deportati, *d. l. 4. §. 2.* Relegati, intra tamen Tempus exi-
lii tantum. Postea enim recipiuntur, nisi relegatio contineat
infamiam perpetuam, *d. l. 4. §. 3. & 4. rei capitalis criminis, d. l.*
4. §. 5. ignominiosè missi. d. l. 4. §. 6. obscuro & vagi l. 1. C. de Ty-
ron. l. 11. C. de re milit. quia plerumque sponte militiam sumentes,
eâdem virtute ac modestiâ, quæ decet militem, non agunt. *Ta-*
cit. 4. Annal. c. 4. in fin. infamiâ laborantes, l. 4. §. 4. & 5. ff. de re
milit. & leg. 2. §. 3. ff. de his qui not. infam. Freher de existim. d. l. c.
25. n. 12. contra Johannem Fabr. & Tiraqvell. Qui metu criminis,
in quo rei fuerunt postulati, milites facti sunt, statim enim sacra-
mento solvi debent, *l. f. ff. de re milit.* Proditores & Transfugæ.
l. 7. ff. eod. cum pro Hostibus habeantur. Quibus omnibus ad-
jicitur is, qui parentes maleficos dixit. *l. 1. §. f. ff. de obseq. par. &*
patron.

TH. XIV. Tandem in ordinem militantium referri non
possunt, qui propter Vitium aliquod corporis ad eum apti non
sunt, v. g. muti & surdi, quippe qui nec sacramentum præstare,
nec nomen suum profiteri, nec Ducis imperium aut Tubæ si-
gnum observare possunt. Proinde superveniens quoque hoc
vitium præstat causam missionis, *arg. l. 4. ff. de test. mil.* His ac-
censentur qui ita debilitati sunt membris, ut militiæ operam dare

nequeant, *d. l. 4. §. 12. ff. de re milit.* Ad eam enim requiruntur Viri & Vires. Unde Eunuchi militare nequeunt, quia eis virilitas omnis ablata est. *Coedd. ad l. 128. ff. de V. S. n. 3.* etsi diffidentum non sit, fuisse etiam ex spadonibus fortitudinis Laude non carentes, quales fuit Narses, qui Justiniani tempore Gothos Italia expulit. Hæc tamen non transfero ad eos, qui unum testiculum habent vel naturam vel Casu, quin enim hi recte militent constat *ex d. l. 4. in pr.* ubi Sylla & Cotta Imp. hoc habitu naturam fuisse memorantur.

TH. XV. Extra hos vix arbitror fore, quibus jura civilia militiam præcludant. In reliquis autem Civibus & incolis regionum, adpetere militiam non modo non vituperium meretur; sed multo magis detrectare eam grave delictum est, quàm de causa, qui olim ad delectum non respondisset, tanquam proditor patriæ & Libertatis in servitutum redigebatur. *d. l. 4. §. 10. ff. de re milit.* licet mutato statu militiæ hodie voluntario milite utamur, eo scilicet, qui nullo beneficio aut expresso jure superiori ad militandum tenetur, sed libere militiam vel recipere vel repudiare potest. Illud non prætereundum quod nobiles obtinentes à Dominis feuda, quandocumque ad militiam requisiti fuerint. *Feud. 2. tit. 26. §. licet & tit. 28. §. 1.* comparere debent. *Libor. Hattys. in Annal. jur. feud. c. 10.* Quoniam propter feudum Domino tenetur Vasallus, ut omnibus viribus belli pariter & pacis tempore ipsi præstò sit, *Feud. 2. tit. 5. 6. & 7.* Indictam igitur expeditione publicam, Vasallus omnibus momentis, quibus exiguntur servitia, domino militare cogitur, *Feud. 2. tit. 55. §. 1. Co-ler. de process. execut. P. 1. c. 6. n. 152.* Si enim ad requisitionem non venerit, aut in expeditione bellicam fugerit, licet ejus absentia aut fuga non noceat domino, nihilominus feudo potest privari. *Feud. 1. tit. 5. pr. & tit. 17.* quia fugiendo aut emanendo, dedit malum exemplum cæteris. *Jacob. de S. Georg. de feud. in verb. & promiserunt n. 19. f. m. 216.* Sed an ipse an per alium hoc facere debeat, si dubitetur, dico, quod quidem regulariter propriam ipsius personam hoc incumbat, nec substitutus admittatur, cum fides & industria non hujus sed illius à Domino electa videatur: *arg. tit. 6. & 7. Feud.* & sæpè plus potest, prodesse ipse Vasallus

fallus Homo n.
org. d. l. n. 27. f. 218. Si tamen iusto aliquo impedimento deti-
neatur, quo minus ipse servire possit, istam serviendi facultatem
per substitutum æquè idoneum explere non prohibetur. *Fend. 2.*
tit. 55. §. 1. Quod ipsum extenditur quoque ad personas ab ini-
tio ad præstanda servitia inhabiles, veluti fœminas, Clericos,
aut alias imperfectas: ut & illis per substitutum debita servitia
expedire permittatur. *Magnif. Dn. Carpzov. Diss. fend. 8. th.*
20. & 21. Modus hic evocandi dicitur vulgò die Xitterpferde auf-
hieten/ & non dissimilis est à veteri illo ritù, quo singulis agrorum
possessoribus onus Tyronem præstandi iniunctum erat, quod
qui non fecisset, loco Tyronis pendebant auri tributum, dice-
baturque aurum Tyronicum. Mentionem huius vide apud *Ve-*
getium lib. 1. de re milit. c. 7. & in l. 3. Cod. de conduct. ob turpem
causam.

Th. XVI. Materia Militis est Bellum, quod dicitur status
per vim certantium, quâ tales sunt. *Grot. de jur. B. & P. lib. 1. c. 1.*
n. 2. ut notetur non solum ipsa actio, sed & omne illud Tempus,
quo vel præparatur aliud pugnae necessarium, vel quo pugna
geritur. *Servius ad l. 8. Aeneid.* Nihil quoque interest, an præ-
sens sit bellum, ad quod lectus est, an futurum. Miles enim non
actu sed habitu definitur, & dicitur propriè is, qui pacis conser-
vandæ, aut Hostis propulsandæ causa comparatus est, licet non
ipso facto in acie & inter tela hostium versetur, v. gr. sunt hyber-
nantes, *l. 5. C. de de Fig. & commiss. nocturni custodes Romæ, l. 8.*
§. 4. ff. de excusat. Ita non desinunt esse milites, licet interdum
levioribus ministeriis adhibiti fuerint, *arg. l. pen. pr. ff. de offic.*
præf. vigil. An autem bella inter Christianos licita sint, quæri
hoc in loco vix meretur: Cum omnia, quæ huc adduci deberent,
magno conatu pertractaverit dictus ille summi nominis Vir
Grotius l. 1. c. 2. à cuius sententiâ recedere non audeo, motus il-
lo Ambrosii lib. 1. de offic. c. 27. Fortitudo, inquit, quæ vel bello
tuetur à barbaris patriam, vel domi defendit infirmos, vel à la-
tronibus socios, plena iustitia est. Bellum autem hîc intelligo
iustum, quæle est 1. quod ab eo geritur, qui jus belli indicendi
habet, 2. quod ex causis geritur, tam divino quam humano



jure approbatis & 3. quod ad bonum finem dirigitur. *Lipsius s. Politic. c. 4.*

TH. XVII. Legitimum autorem dico Eum, qui Princeps est, vel loco Principis, v. g. in Rep. liberâ populus. *Vid. supr. th. 6.* Ordo enim naturalis mortalium paci accommodatus hoc postulat, ut suscipiendi belli autoritas atq; Consilium penes Principes sit, inquit ex Augustino *Lipsius d. loc. n. 2.* igitur inter utriusque principes & liberos populos rectè bellum geri dicitur, eorumque arma publica sunt, secus ac inter inferiores, quibus utpote privatis illud omni modo denegandum, ideò quod bella ex necessitate oriuntur, quæ cessat in his, qui aut judicem habent aut habere possunt, cujus interventu dissidia inter ipsos sopiantur, & Jus reddatur. Accedit & hoc, quod Jus belli gerendi ex jure gentium sit, quod nulli nisi hostes sibi arrogant, qui definiuntur *in leg. 24. ff. de captiv. & postlim. & leg. 118. ff. de V. S.* exclusis Piratis & latronibus, cum quibus verum bellum non est, quia ut refert *Bald. in l. 63. ff. ad L. Falcid.* delinquendo aut rebellando non se subtrahunt, à jurisdictione vel subjectione Juris. Et si vel maxime armorum subsidio contra illos utamur, rectius tamen executionem jurisdictionis quam verum bellum dixeris: Unde nec jura belli aliàs inter Hostes recepta, nec captivitatibus aut postliminii sibi vindicant, nec domini fiunt rerum captarum, quia hæc omnia solis Hostibus tribuuntur, *d. l. 24. & l. 19. §. 2. ff. eod.* Ex quo liquet injusta esse bella, quæ in superiores suam movent subditi, nisi aut in evitandâ necessitate compellantur, aut quod ille hostili planè animo totius populi ruinam, exitium, vel mutationem machinetur: aut etiam pacta violet, quæ interdum in delatione imperii constituuntur, *Grot. l. 1. c. 4. n. 1. 8. 9. & seqq.* Has citra causas si resistent imperanti, non Cives & subditi, sed Hostes reipub. perduellesque judicandi sunt, quos jure superior armatâ manu ad obedientiam cogere potest, sique qui hoc modo contra rebelles comparantur & in praesidiis sunt, non minus milites dici debent, ac alii, qui contra manifestos hostes operam principi dant, quia non adversus bonos cives, sed sceleratos & publicæ quietis turbatores militant. *Acac. Epenk. d. tr. lib. 1. c. 5. n. 15.*

TH. XIX.

TH. XLIX. Causas belli quod attinet, earum justitia consistit vel in defensione vel in recta invasione. Defensio est vel sui ipsius, vel aliorum. Illa est, quando Patria, & libertas ab aliorum iniquis invasionibus defenditur: vim enim vi defendere omnes Leges, omniaque Jura per mittunt *l. 45. §. 4. ff. ad L. Aquil.* aut cum vita vel fama periclitantur. *Adde Grot. Lib. 2. c. 1. num. 3. seqq.* Aliena defensio justa est, quæ fit pro subditis nostris, quæ quasi pars Rectoris sunt, *Grot. lib. 2. c. 25. n. 1.* non autem alienis, quia ex quo societates civiles institutæ sunt, rectori cuique speciale in suos Jus est quæsitum. *Id. ib. n. 8.* nisi manifesta his fiat injuria, quo casu licere dicit *Grot. d. l.* exemplo Constantini arma capientis contra Maxentium & Licinium, ut eorum vim à Christianis arceret. Cum his etiam rectè defenduntur, cum quo fœdere ita conventum est, ut vel in fidem recipiantur, vel auxilia ab eo mutua capiant. *Grot. d. l. n. 4.* item oppressi, quorum necessitatibus ut succurratur contra violentas aliorum invasiones, commune societatis vinculum flagitat. *c. 7. caus. 23. q. 3.* Ad invasionem ut justa fit, requiritur, ut fiat vel propter illatas Principi ejusve ministris injurias, resque ad eum pertinentes repetendas: Vel sine injuriâ in Barbaros aliosque communes Christianorum hostes. *Gail. de P. P. lib. 1. c. 4. n. 40. Jacob. de S. Georg. de feud. in verb. & promiserunt. n. 9. f. m. 209.* Generaliter autem in dubio justa causa in principe præsumitur. *Jacob. de S. Georg. d. l. n. 10.* Itaque militis non est in justitiam belli inquirere, sed credat Principem suum justè bellum suscipere, & posse se militare, atque hostem in bello occidere, imo nisi hoc fecerit, tanquam imperii deserti & contemti reus habetur. *c. 13. caus. 23. q. 5.*

TH. XIX. Finis belli non debet esse prædâ, *c. 5. caus. 23. q. 1.* sed pax & tranquillitas publica patriæque salus. Non enim pax queritur, ut bellum excitetur, sed bellum geritur, ut pax acquiratur. *c. 3. caus. 23. q. 1. Et Cic. 1. Offic. c. 23.* A quo fine multum aberrant, quibus sola ultio proposita est, aut gloria, aut imperium, cum inde bellum, licet justè inchoatum, à priori justitiæ termino degeneret. *Lipsius 5. Polit. c. 4. n. 20.*

TH. XX. Ex his igitur nullo labore cognoscendū erit, quis injusto quis justo bello militet, Cumque ad injustū bellum obligetur
nemo

nemo, *Grot. lib. 2. c. 15. n. 13.* & miles suo Duci non teneatur sacramento in bello illicito, *Gail. lib. 1. de P. P. c. 4. n. 15. per text. in c. 1. extr. de his quæ sunt à maj. part. cap. & c. 5. caus. 22. q. 4.* inde in eos qui scientes injustam belli causam, ejusmodi actus injustos operantur, aut ad Eos cooperantur, varia pœnarum genera inventa sunt. Sic miles qui aliquid promissit contra patriam, vel factus miles ab Ecclesiâ pugnavit contra Eam, degradandus est. *Bald. sing. 2.* Simili modo belli autores tenentur de omnibus, quæ in bello facta sunt, restituendis, & Duces de his, quæ suo ductu facta sunt: milites autem in actibus quidem communibus omnes in solidum obligantur; in actibus verò divinis quisque pro eo damno, cujus ipse causa vel inter causas fuit. *teste Grot. lib. 3. c. 10. n. 4.* Præterea nec retineri possunt res in bello injusto captæ, sed reddendæ sunt, per rationes, quas adducit *id. d. l. n. 5.* Nec etiam jurâ belli aut postliminii in his locum habent, *l. 19. §. 2. & l. 24. ff. de capt. & postlim. id quod præcedente th. 17. jam dixi.* Contra verò accidit in bello justo, in quo, quicquid capitur ab hostibus, jure gentium capientium fit, *§. 17. inst. de Rer. Div. l. 51. §. 1. ff. de A. R. D. & l. 1. §. 1. ff. de acquir. & amitt. poss. etiam si extra territorium utriusque partis bellum gerentis capiatur: Quo tamen in casu Dominus territorii per legem prohibere potest, ne fiat, & à negligente legem, tanquam de delinquente potest, ut sibi satisfiat, *Grot. lib. 3. c. 6. n. 26.* Hoc igitur modo jure acquisita utique in alios transferri, vendi, aut quomodolibet alienari possunt, *arg. l. 34. §. 1. ff. de contrah. emt.* Adde autem jure acquisita, ut denotem eas res mobiles, quæ militibus post adventam victoriam, ex direptis impedimentis vel spoliis hostium, aut violentis urbium occupationibus reliquuntur, nec Duci cedere. *Finkelthaus. Obs. 56. n. 21. Schneid. ad §. 17. inst. de rer. div. n. 2. in fin.* (quanquam passim ita observari testetur *Grotius lib. 3. c. 6. n. 24.* ut in direptionibus oppidorum & præliis suum quisque faciat, quod cepit: in excursibus verò capta communia fiant eorum, qui in comitatu sunt, inter ipsos pro dignitatis ratione distribuenda.) Si verò milites in viis publicis, aut in urbibus & pagis ausu temerario privato bona subditorum vel incolarum mobilia vel vi, vel clam, vel per rapinam surripiant, tantum abest, ut*

est, ut ea legitimè acquirant, ut potius tanquam raptores & latrones puniendi sint. *Finkelthaus. d. obs. n. 11. Ordin. Imper. de anno 1570. zu Speyer: rubr. Reiterbestallung. artic. 93.*

TH. XXI. Ad avertendas has rapinas Ducum militarium est, ut militibus suis solvant stipendia, iisque provideant de annona & victu. Earum enim rerum tempestiva comparatio non modo bellicis rebus ingens adfert momentum, sed & militibus debito modo subministrata, spiritus quodammodo addit, ut tanto majori virtute quævis contra hostem subeant pericula. Quod si facere Duces neglexerint, ignoscendum puto militi, si deprædetur necessaria ad victum. *Martin. Coler. de Alim. lib. 2. c. 7. & Petr. Gerard. de Petrasancta sing. 100. n. 13.* ubi numero præcedente probat, quod tempore necessitatis omnia sint communia. Hospites tamen suos cogere non debent, ut illis victum parent, *Bart. in l. 3. C. de Erog. mil. ann. M. Anton. Natt. Tom. 1. Conf. 83. n. 6.* imò militibus de facto quærentibus hospitia illicita cum alimentis, resisti posse affirmat *idem. d. l. n. 11. pr. l. 5. vers. solam. C. de metat. & Epidem. lib. 12.* Quò pertinet, quod pecorum suorum immisione pascua aut prata publica privataque mutilare prohibentur sub poenâ constitutâ *in l. 2. & 3. C. de pasc. publ. & priv.* quam eandem poenam patitur Magister militum, non prohibens, cum potest *d. l. 2.* Quod si militibus non sit, unde solvant, multa illa detrahenda est ex eorum emolumentis, i. e. stipendiis, *d. l. 2. ad d. Nov. 17. c. 4. §. fin. & c. 10. in fin.* quæ omnia sic procedunt, quando fœnum militibus justis capitibus est præstitum, *sec. l. 8. C. de erog. mil. ann.* aliàs in poenam *l. 2.* non incidunt, quamvis teneantur ad simplicem damni emendationem, quod inferunt delectabiliter ut hostes. *Joh. Thomæ de nox. anim. c. 30. num. 1.*

TH. XXII. Sicut in bello licito militantes hoc peculiare habent, ut res ab hostibus captas mobiles sibi servant, immobiles reip. aut principi restituant, *l. 29. §. 1. ff. de capt. & postlim. ita* & postliminium illis indultum, quo res amissas ab extraneo recipiunt, & in priorem statum restituuntur. *l. 19. ff. eod.* Hoc vero jure non gaudent transfugæ, *d. l. 19. §. 4. & 8. adde l. 3. §. fin. ff. ad L. Corn. de sicar. in dubio tamen, si miles ab hostibus reversus*
C fit,



fit, captus non transfuga præsumitur. *Menoch, de probat, Lib. 1. qv. 44. n. 5. per l. 5. §. 6. ff. de re milit.*

TH. XXIII. Progredior nunc ad Formam, quæ consistit in relatione in numeros & sacramento. Glossa quidem in *l. pen. ff. ex quib. caus. maj.* sex militis notas esse vult: 1. ne sit negotiator, *arg. l. un. C. negot. milit.* 2. Ut examinetur, *l. 1. C. qui milit. poss.* 3. ut præstet sacramentum per genium Principi & Deum omnipotentem, ut est ap. *Veget. lib. 2. de re milit. c. 5.* 4. Ut cingatur *sec. l. 43. ff. de test. mil.* 5. Ut stigma ei inuratur, *l. 3. C. de Fabricens.* 6. Ut in numeros scribatur, *l. 42. ff. de test. mil.* Sed ut maximè antiquitati ista fuerint recepta, hodiè tamen quantum ab illà observantiâ discedatur, nemini non cognitum est, *Gail. 2. observ. 118. n. 2. & de P. P. lib. 1. c. 4. n. 22.* Primum requisitum quod concernit, illud non præstat impedimentum, ut supra deductum fuit. Sic etiam reliqua vel ab immatriculatione pendent, vel moribus obsoleverunt: Et in locum stigmatis brachio inusti successisse symbolum, german. die *Sosungl* monet *Gyphan. lib. 2. Antimon. jur. Disput. 14. n. 4.* Sola igitur ratio in numeros & sacramentum requiruntur.

TH. XXIV. Lectum autem ab initio militem esse oportet, *l. 42. ff. de test. mil. publicâ non privatâ autoritate. l. 17. C. de re milit. ut in numeros referri possit.* Estq; ratio in numeros idem quod immatriculatio, sive in catalogum militum inscriptio. *Gyphan. d. l. n. 3.* hinc qui non sunt in matriculâ, censentur tanquam privati, *gloss. in l. 3. Cod. de off. mag. mil.* Non obstat *l. un. in fin. ff. de bon. poss. ex test. mil.* Ea enim omnem interpretationem accipit ex *l. pen. ff. de test. mil.* & loquitur tantum in suo casu. Quæritur scilicet, an jure militari valeat testamentum, quod quis in numeros receptus, & postea in alium numerum transferendus, tempore intermedio, dum huic exemptus, ad illum nondum translatus, mox tamen transferendus est, fecit? Et valere affirmatur *in d. l. un.* Eum enim juris fictione tempore intermedio militem esse, quamvis revera nulli numero adhuc adscriptum. Non universaliter ait, quemvis posse sine relatione in numeros esse militem; sed hunc saltem, qui in numeris jam non est, brevi tamen in alium transferendus; idque propter moram exiguam, quæ interjacet. Cum modicum non curet Prætor. Si-
miles

miles juris fictiones, ubi spe alicujus rei jam nunc aliquid existit, quale futurum est, multa passim reperiuntur. Sic in §. 1. inst. quæ test. tut. dar. & l. 32. ff. de test. tut. servus dari tutor potest, propter spem futuræ libertatis, cum aliàs tutela non consistat nisi in capite libero. §. 1. inst. de tutel. Et in l. 38. §. 1. ff. de test. mil. militis testamentum in priori militiâ factum propter conjunctum munus militiæ ratum esse jubetur &c.

TH. XXV. Alterum in milite requisitum est, ut sacramenti vinculo adigatur. Sacramentum autem idem est, quod juramentum, ut in l. 5. C. in quib. caus. pign. vel hypoth. tac. l. 8. & l. 12. in pr. C. de reb. cred. Unde sacramentum militare describitur juramentum militare, quo principi obligantur, l. ult. C. de veteran. & l. 3. C. de fabricens. l. 2. §. 8. ff. de his qui not. infam. l. 11. ff. ad L. Jul. de adult. Olim hoc sacramentum erat duplex: Primum quod Præsides & milites limitanei in inauguratione & singulis annis Calendis Januarii dicebant, idque propriè sacramentum nominabatur; Alterum quo milites Duci suo obstringebantur, & per Deos gentium Jovem, atque Martem, atque alios, gladiis solenniter cervicibus suis admotis, cum dirâ devotione capitum ad quævis infortunia, jurabant, se strenuè omnia mandata Ducum facturos, neque militiam aut Imperatorem deserturos. Petr. Gregor. Tholosan. Lib. 19. synt. jur. univ. c. 4. n. 1. & 20. Hering. de Fidejuss. c. 19. n. 141. Primum autem jurejurando militis haberi cæperunt L. Flacco & C. Varrone Coss. cum ante à Tribunis tantum sacramento rogarentur. Cæterum ipsi inter se conjurabant, se fugæ atque formidinis causâ non abituros, neque ex ordine recessuros, nisi teli petendi feriendive hostis, aut civis servandi causâ. Frontin. lib. 4. Strategem. c. 1. circa pr. Quas inter jurisjurandi formulas & hæc erat, ne in exercitu decemque millia passuum propè furtum quis dolo malo faceret, de quâ Gell. lib. 16. N. A. c. 4. Hodie vero, quamprimum milites in numeros adscripti sunt, sacramentum præstant Duci suo, & exinde autoramentum sive legitimam militandi facultatem nanciscuntur. Formulam hujus juramenti Primus Constantinus, qui Christianam religionem & probare & promovere cæpit, transtulit in eam, quæ extat. ap. Veget. lib. 2. de re milit. c. 5. Cujus virtus illa est, ut ante-

C 2

quam

quam missionem accipiant, eo non solvantur. *l. 1. C. de veteran. l. 13. §. 3. & l. ult. ff. de re milit.* Quamdiu verò in numeris existunt, cum gravissimâ disciplinæ militaris offensâ quicquam committunt, quod minus voto & religioni jurisjurandi convenit. Hinc ista militarium legum severitas, vindicta disciplinæ neglectæ, ut mirari nemo debeat, si quandoque bellica judicia à ritu forensium aliorum descendere videantur. Crescentibus enim delictis, crescunt pœnæ, *l. 18. §. 10. & l. 28. §. 3. ff. de pœn.*

TH. XXVI. Omne autem crimen neglectæ disciplinæ militaris provenit vel ex desertione, vel contumaciâ, vel segnitie. *l. 6. pr. ff. de re milit.* Desertor est, qui belli tempore à signis abest, vel per longum tempus extra castra vagatus, invitus reducitur, *l. 1. §. 1. C. de desert. & occult. l. 3. §. 3. ff. de re milit.* Pœna, quæ in desertores statuitur, non semper eadem est, sed habetur & ordinis stipendiorum ratio, ut quò majora quis habeat stipendia, eò præsumatur major: item gradus militiæ vel loci muneris deserti, & anteaactæ vitæ: Sed & numerus, si solus vel cum pluribus deseruit, aliudvé crimen desertioni adjunxerit; *v. gr. in l. 3. C. de desert.* Sed & si fuerit ultrò reversus, non ex necessitate, non erit ejusdem sortis, &c. quæ latius explicantur, *in l. 5. de re milit. & huc transcribere supervacuum.* Quibus adde, quod capitalis pœnâ ei imponatur, qui præpositum suum deseruit, vel protegere noluit, *l. 3. §. fin. l. 6. §. ff. f. eod. & l. 1. §. 31. ff. ad Sct. Syllan.* (Utiqve si potuit: Si enim tanta sit vis, cui resisti non possit, licebit militi salutis suæ consulere. *Pererz. in C. de re milit. n. 35. per l. 3. §. fin. ff. ib.* Quod idem obtinet in Vasallo.) Item, quod gravius in eum statuatur, qui post desertionem in aliam militiam se dedit, & legi passus est, *l. 4. §. 9. ff. de re milit.* filius tamen desertor à patre oblatus, in deteriorem militiam dandus est, ne videatur, inquit Jctus Macer, pater eum ad supplicium obtulisse, *in l. 13. §. f. ff. eod.* Quod si desertor ex indulgentiâ Principis restituatur, stipendia ejus temporis, quo militiam deseruit, exigere non potest, *l. 5. C. de re milit. l. pen. ff. eod.* Cum nec captus ab hostibus stipendia medii temporis consequatur. *l. 1. C. d. t. & Bart. ib.* Quamvis enim tempora captivitatis valeant ad complenda militiæ tempora & emerita accipienda, *l. 3. §. 12. ff. de re milit.*
diver

diversa tamen est stipendiorum causa. Illa enim ob militiæ tempus expletum accipiunt: hæc verò ante completa tempora ob annuam mensuramve mercedem solvuntur. Qvalis autem merces militibus in captivitate, quo tempore mortui censentur, debeatur, non video. Glossa tamen *in d. l. 3. §. 12.* militibus nostri temporis, citra suam culpam captis & reversis stipendia & donaria medii temporis non deneganda esse probat. *fac. d. l. pen. ff. eod.* Quod ipsum extendit Peret. *in C. de re milit. num. 29.* ad Syndicum & Legatum in causâ Civitatis suæ vel Principis iter facientem, & ab hostibus captum: hoc insuper addito, quod à Principe vel Civitate redimendus sit, omnesque ei sumtûs refundendi, cum in publicâ causâ periculis se exposuerit, & necessitatis communis gratiâ. *per l. 1. §. 2. ff. de muner. & honor.*

TH. XXVII. Pœnam desertionis evitare potest, quicumque sponte post desertionem iterum ad castra venit. Anterioris enim peccati supplicium non timebit. *in l. 1. C. de desert.* quâ in lege simul ejus pœna continetur, qui desertorem hospitio recipit, & patitur apud se delitescere: & præmium ejus, qui desertores prodidit: *adde l. ult. C. quib. caus. serv. pro præm. lib. accip.* Ceterum si desertores inventi armis aggrediendum eum duxerint, qui ad investigandos illos demandatus est; tanquam rebelles occidendi sunt *sec. l. 2. C. de desertor.* Et hoc modo occisorum, seu aliàs in desertione defunctorum bona confiscantur. *l. 4. C. de re milit.*

TH. XXIIIX. Ad desertores proximè accedunt Emansores, qui diu vagati ad castra spontè regrediuntur. *l. 3. §. 2. ff. d. t.* Sed differunt ab illis, quod hi spontè, illi coactè redeant. Quibus annumerantur, qui com meatûs spatium excesserunt, in quos perinde ac Emansores statuitur. *d. l. 3. §. 7. & l. 14. pr. ff. eod.* Examinantur autem causæ emansiois, an justæ an injustæ sint, *sec. dd. ll.* & datur venia valetudini & affectioni: (Pietas enim in proximos sæpè præsumptionem doli mali pellit,) item persecutioni servi fugientis, & militaris disciplinæ ignorantia, qualis præsumitur in Tyrone. *dd. ll.*

TH. XXIX. Gravius emansione crimen committit, qui stationis munus relinquit, pro modo delicti aut castigandus, aut

gradu militiæ deiciendus, *d. l. 3. §. 5.* Unde in *l. 11. C. de re milit.* jubentur Tribuni & alii milites, ne per possessiones divagentur, sed remaneant cum signis propriis, & in mansionibus sibi solitis ac publicis, alioquin non evitaturi severissimam Imp. animadversionem, i. e. capitale supplicium. Ex quibus videtur stare ratio legis, ne quis duas eodem tempore militias habeat, *l. 5. §. 1. C. qui mil. poss. fac. l. 14. §. 1. C. de adsess.* quia militia assiduum exigit militem, nec momento abeuntem. *vid. l. 3. §. 16. ff. de re milit.*

TH. XXX. Inter enormia militum delicta postremum non est Contumacia, quam adversus Ducem vel Præsidem militis capitali poenâ plectendam esse edicitur in *l. 6. §. 2. ff. eod.* hinc milites contra mandata Ducis aliquid faciens, si vel maximè res ad votum cesserit, capite puniendus, *l. 3. §. 15. ff. ibid. Francisc. Cremensis sing. 151.* Et extat exemplum Manlii Torquati filium è medio tollentis propter neglecta mandata, licet victoriam reportasset, ap. *Val. Max. lib. 2. c. 2.* Excusari tamen potest Capitaneus, si ob causam novam & ex ipsâ renatam, quæ tempore mandati latebat summum Ducem, mandati fines pro utilitate exceßerit. *Francisc. Cremens. d. sing. 151. per text. in l. 30. ff. mandat.* Adde quæ habet *Anton. Corsetus sing. 150. & Anton. Trigona sing. 32. n. 2. & 3.* quæ omnia tanto magis fieri possunt, si mandato adjecta sit illa clausula: Reliqua Tuæ prudentiæ & discretionis committimus. Tutius verò facturum esse, qui in tam arduis negotiis sine consilio mandantis limites mandati non facile egrediantur, nullus dubito. *per l. 5. pr. & §. 1. ff. mandat. & l. 11. §. 5. ff. de instit. act.* Porro crimen contumaciæ augetur dignitate, v. gr. in Tribunum *l. 6. §. 1. junct. l. 13. §. 4. ff. eod.* qui tamen cavere debet, ne modum in puniendo excedat, aut injustè eum lædat, quem ob crimen debebat castigare. Hoc enim in casu militi defensionem licitam esse testatur *Peretz. in C. de re milit. n. 36. arg. l. 5. C. de jur. fisc.* Hunc in locum referenda esset etiam Seditio; sed cum illa non tam ex præscripto legum forensium, quam pro ratione præsentis statûs, ut plurimum hisce in motibus periclitantis, vindicetur, nolo plura congerere, sufficiat si in eam rem allegavero *l. 3. §. 19. & 20. ff. de tit.*

TH. XXXI.

TH. XXXI. Hisce delictis non rariora sunt, quæ ex segnitie militum seu timiditate quâdam proficiscuntur. Cum enim miles à mollitiâ i. e. duritiâ per antiphrasin dici à nonnullis videatur, *l. 1. ff. de test. milit.* severâ animadversione dignum judicantur eum, qui turpi fugâ aut meticulositate hostium insultus temeritatemque secundaverit. Talis enim videtur fidem violare sacramenti, quo juravit, se mortem pro republ. non recusaturum: de quo supra *th. 25.* unde non immeritò poenâ capitis afficitur; qui prior in acie fugam fecit; ut exemplo cæteri deterreantur, *l. 6. §. 3. ff. d. t.* Sed & hostibus se dedere turpe est: quocirca postliminio carent, qui armis victi hostibus se dedunt, *l. 17. ff. de captiv. & postlim.* Transfugæ verò ut hostes habentur; ita tamen, ut, cum hi captivi serventur, illi ultimo supplicio afficiantur, & ubicunq; inventi liberè occidantur, *l. 19. §. 4. ff. de captiv. & postlim. l. 7. ff. de re milit. l. 3. §. ult. ff. ad L. Corn. de sicar.* Augetur hoc crimen, ut in cæteris dignitate, gradu, specie militiæ, *l. 2. §. 1. ff. de re milit.* Nam Præfectus, qui arcem non ut oportuit defendit, aut castra hosti concessit, cum nondum necessitas ad deditionem cogeret, Lege Juliâ majestatis tenetur, *l. 3. pr. ff. ad L. jul. majest.* Cæterum non solum fugerè delictum est; verum, si vel loco quis cesserit, severitatem disciplinæ non evitabit. Prohibitum enim est militi inconsulto Principe relinquere locum sibi commissum, aut stationem mutare. *l. 14. C. de re milit. l. 1. §. 1. C. de desert.* imò militi in acie vulnerato sine licentiâ Principis recedendum non esse probat Petrus de Ravennâ *sing. 295.* allegans ad sententiæ suæ confirmationem *text. sing. in l. 2. C. quib. non objic. long. temp. praeser.* Ista denique militum Pusillanimitas poenas quoque meretur, cum quidam mortis maturandæ gratiâ manus sibi inferre tentant. Sed hoc distinctionem recipit, ut videre est ex *l. 6. §. 7. ff. de re milit. l. 38. §. 12. ff. de poen.* Multa præterea sunt militum delicta, quæ tamen omnia referre animus non est, hoc saltem intendenti, ut per exempla innotescat, quid propter sacramentum militi faciendum fugiendumvé sit. Cætera alii loco commodiùs reservaturus, de Fine militis dicere accingor.

TH. XXXII. Finis militum est, ut per eos pax & tranquillitas publica conservetur: Respublicæ & Regna contra violentas
hosti-

hostium invasiones defendantur : Principum jura & majestas, si quando intra limites privatorum judiciorum salva esse non possunt, hoc modo vindicentur ac stabilientur : Et denique, ut quemadmodum canes pro ovibus adversus lupos, sic ipsi pro patriâ, civibus, pignoribusque suis adversus improbos invasores dies noctesque vigilent, decertent, vitam denique ac sanguinem profundere sint parati. Hæc causa est, cur militis nomen non mereatur, qui artem ludicram (cujus exercitium in milite capitale est, *l. 14. ff. de pœn.*) vel alia negotia civilia tractant, *l. 13. pr. l. 16. C. de re milit. Freher de existim. lib. 3. c. 15. n. 12.* longe scilicet diversi ab illis, quibus propter expeditionis periculisque diversitates omnes ferè cultiores respubl. tot honores totque emolumenta proposuerunt, imò non vivos modò, sed & mortuos præclarissimis encomiis honorârunt, ut in æternum per gloriam vivere intelligantur.

TH. XXXIII. Sed cum de honoribus militum dixerim, non inconveniens est quærere, an militia sit dignitas ? quod nego *arg. l. 7. & 8. C. qui mil. poss. & arg. l. fin. C. de jurisdict. omn. jud. & arg. l. 29. C. de pact.* in quibus omnibus semper distinguitur dignitas à militiâ *Bart. in l. 43. ff. de test. mil. Ludov. Romanus sing. 511.* Limitatur tamen hæc assertio 1. in militibus urbis Romæ, qui propriè Equites dicuntur, de quibus loquitur *l. un. C. de Equestr. dignit.* 2. In magistris militum, *arg. l. 1. & 2. C. de off. mag. mil. & clarus in l. ult. C. eod.* quo sensu accipiendus forsitan est *Bartolus*, dum militiam nobilitare dicit, *in l. 2. §. filii ff. de Decurion. & Guido Papa sing. 331. §. militia.* 3. Si militia adjungatur alii Dignitati, v. gr. Doctoratui. 4. Si nobilis fiat miles. 5. Si militia speciali jussu Principis exerceatur, *per text. in l. 5. in fin. C. de dignit. & notatur in addit. ad d. sing. 511. adde eundem Rom. sing. 814.*

TH. XXXIV. Sentio & illud controversi, an in honoribus obeundis miles Doctori, an Doctor militi sit præferendus? quod quidem in actibus imparibus minus facit negotii, ubi in actibus facultatis militi Doctor, & in actibus militaribus Doctori miles præfertur. *per text. in l. 1. C. de offic. vicar. c. 6. dist. 96. Gail. 2. obs. 118. n. 16.* Sic quoque expeditum est, quod miles & Doctor simul præferatur Doctori tantum, vel militi tantum. *Tiber. Decia-*

*nus vol. 3. resp. 7. n. 54. Alex. in l. 15. Colum. 5. vers. adde tamen ff. de
Vulg. & pupill. subst. Sed quid in actibus paribus obtineat, du-
bitatur? quâ in parte eorum sententiam amplector, qui pro Do-
ctore stant, contra Lib. Bar. ab Eneke, lib. 1. de priv. mil. c. 10. n. 7.
& 8. & citatum ab Eo Chassan. in Catal. glor. mund. part. 9. Confid. 1.
non magnoperè motus contrariis illorum argumentis, quæ ma-
ximè ab ordine scripturæ desumpta sunt, cum nimirum semper in
jure prior fieret mentio armorum quam legum, ut in l. un. in pr.
C. de just. Cod. confirm. l. un. in pr. & §. 1. de concept. Dig. proœm.
Inst. §. 1. & alibi, Quamquam enim non nesciam, ab ordine scri-
pturæ seu literarum validum duci argumentum, & exinde præ-
sumi affectionem & mentem disponentis, si de ejus intentione
liquido non constet. Everhard. in Top. loc. 1. n. 11. & 13. eatenus ta-
men hoc verum est, si ex aliis rationibus & conjecturis non colli-
gi possit contrarium, ut docet id. d. l. n. 15. vers. secundo hoc limi-
tatur. Jam verò in collatione Doctoris & militis invenio sanè,
in quibus ille multum videtur præponderare: Cum enim nobilis
scientiâ ab omnibus bonis præferatur nobili generis, quidni in
processionibus (ut vocant) præferri mereatur, cum primum à
naturâ sit, reliquum ab accidenti? Ita confirmatur per Ludov. Rom.
sing. 650. & in addit. sing. 491. it. in addit. Baldi sing. 77. Scrupulum
quidem posset facere, quod Cynus & Paulus de Castro in l. 4. C.
de summ. trinit. propter ordinem scripturæ colligant, dignita-
tem Clericatus esse majorem militari. At verò ad illum ordi-
nem accedit etiam præsumptiva voluntas disponentis, qui nullo
modo voluerit cœlestis militiæ sectatoribus præponere seculi
milites: quemadmodum aliàs spiritualibus cedunt mundana.
Sed in his non nimium immorabor, cum probabiliter quidem
ita ventilari possint, sed pro diversâ singulorum locorum con-
suetudine variè mutantur.*

TH. XXXV. Transeo nunc ad emolumenta & privilegia
militum, quæ eis proposita esse dixi, quibusque sapientissimi le-
gum conditores, illorum labores præsentaneaqu; pericula com-
pensare quodammodo voluerunt, simul incitaturi alios, ut mor-
tem quam omnes naturâ refugiunt, tanto alacrius fortiusque pro
republ. omni que civium salute sustinerent. Illa, cum omninò à
D fine

hinc quem th. 32. delineavi, dependeant, de industria hunc in locum rejeci, eo animo, ut, cum multi multa ad hæc commentati sint, ego de singulis, quæ ferè occurrunt, quam fieri potest breviter, dissererem.

Th. XXXVI. Continetur autem in illis nihil aliud, quam quæ milites præ paganis facere aut non facere debent vel possunt. Et pertinent vel ad actus militum inter vivos, vel ad actus ultimæ voluntatis. Utroq; modo sunt vel prohibitiva vel permissiva. Prohibitiva inter vivos spectantur vel in ipsâ personâ, vel in judiciis. Persona iterum consideratur vel in Contractibus vel in aliquo munere. In Contractibus prohibitiva sunt illa, quæ militibus eos contractibus interdicit, quos cæteris universale jus permittit. Quale est primò, quod milites neq; per se, neq; per alios, arg. l. un. §. 3. C. de contract. jud. l. 11. C. de his quæ vi metus ve caus. §. l. 46. §. 2. ff. de jur. fisc. in provinciâ in quâ militant, (per quam omnis locus, etiam patria denotatur, arg. l. 13. pr. ff. de re milit. §. l. 62. ff. de contrah. emt. verb. paterna ejus) prædium rusticum comparare possunt, d. l. 13. pr. §. l. 9. eod. §. d. l. 62. quare si contra hoc privilegium prædium comparasse deferantur, fisco illud vindicatur, d. l. 9. §. d. l. 13. fin. Quod autem dixi comparare, hoc omnes acquirendi modos comprehendit, sac. l. 6. C. de lib. caus. ut nec donationis, permutationis, aut transactionis titulo acquirere possint, propter rationem d. l. 13. §. 15. C. eod. Tamen quod donatur, aut aliàs acquiritur prædium, quam quod emitur, à militiâ avocare potest. Cum autem hæc ratio cesset in prædio urbano, hinc & illius comparatio ipsi licita est, per l. 13. ff. d. l. Sic etiam in aliâ provinciâ, quâ ubi militant, prædium rusticum comparare non prohibentur. d. l. 9. Prohibitio enim quæcunq; personam & causam prohibitionis non egreditur. l. 9. C. de prad. §. al. reb. min. Speciale hoc in bonis paternis introductum est, ut ea emere filius miles possit, si à fisco distrahantur. d. l. 9. ff. de re mil. Menoch. de arbitr. jud. quæst. casu 459. n. 20. Liberis enim in bonis paternis magnum jus est, ad eò, ut nec per legata aut consecrationes ad pias causas legitima jure naturæ debita, ipsis minui adimiq; possit. Auth. si quæ mulier C. de sacros. Eccl. Cæterum si quis contra hoc privilegium prædium aliquod comparat

paraverit, & nec quaestione mota delatione v[e] facta stipendia impleverit, aut missionem honestam causariamq; acceperit, in posterum non potest inquietari. *d. l. 9. & d. l. 13. §. 1. & 2.* t[un]c id[em], quod tacito consensu superioris factum intelligatur, *fac. d. l. 13. §. 2.* t[un]c etiam quia praesumptio est, eum a militiâ avocari se non passum esse, aut alicui gravem fuisse, qui toto illo tempore delatus non est. *Enenk. lib. 2. de priv. mil. priv. 9. n. 26.* Tolli deniq; & abrogari potest hoc privilegium, si is, qui dedit, militibus permittat in provinciis praedia comparare. *per l. 46. ff. de contrah. emt. & l. un. in pr. C. de contract. jud.*

Th. XXXVII. Affine huic est, quando milites ab omni conductione alienarum rerum abstinere, imò nec procuratores, fidejussores, vel mandatores conductorum fieri jubentur, *l. 31. & l. 35. C. locat.* Ratio hujus affertur duplex; prima, ne omisso armorum usu ad opus rurestre se conferant: altera ne vicinis graves praesumptione cinguli militaris existant. *d. l. 31.* Convenit hoc privilegium in multis quidem cum superiori; sed in hoc differt, quod tam rustica quam urbana praedia, possessionesq; conducì prohibentur, idque propter posteriorem rationem; quia & in urbanis praediis vicinis graves esse possunt. Necessarias tamen conductiones eis interdicerè æquum non puto, v. gr. stabuli pro equis, aut domus habitationis gratiâ: ut apparet ex adductis rationibus, *& d. l. 35.* quæ prohibet tantum conductiones, procurationis aut administrationis causâ factas, non autem necessarias *vide gloss. in d. l. 31.* Quod si igitur extra casum necessitatis conducant, ipsos non modo pœnæ manent *sec. d. l. 35.* sed & qui pecuniam ad conductionem illis administrârunt, eâ cadunt, *d. leg. nisi ignorantia personæ eos excuset, l. 50. ff. loc. conduct.*

Th. XXXIIX. Ex Tertio privilegio huc pertinente milites impediuntur satisdare & fidejubere. *l. 8. §. 1. ff. qui satisd. cog. & d. l. 31.* Ratio est eadem, quæ in superioribus. Non obstat. *l. 9. C. de procurat.* Ea enim tanquam generalis restringitur *per d. l. 31. & d. l. 8. §. 1.* Huic privilegio renunciare miles non potest, cum non solus favor renunciantis spectetur, sed publicum interesse, & disciplina militaris, ut facile constat. *Dissentit Tholos. synt. jur. univ. lib. 24. c. 3. n. 22. per l. pen. C. de pact.* Variè tamen limitatur hæc

prohibitio fidejussionis in milite. Et 1. quidem valida est hæc fidejussio in re suâ, *d. l. 8. §. 1. Lud. Roman. sing. 122.* 2. in causâ communi totius numeri, quia per consequens in rem suam fidejubet, *arg. l. 1. §. 11. ff. quand. appell. sit & l. 17. C. de Episcop. & Cleric. Hering. de Fidejussor. c. 7. n. 166.* 3. Si hoc modo fidejubenti creditor non contradicat, *Hering. d. l. n. 167. & 169.* 4. Si quis credens paganus, cum esset miles, pro fidejussore admittat: nam miles, cum prius fidejussit, postea militiæ nomen dedit, sub obtentu militiæ pretiosiores se adversario facere non potest, *idem d. l. n. 171. per l. 50. ff. locat.* 5. Si veteranus fidejubeat, *arg. l. 8. §. 2. ff. de procurat.* 6. Si sint milites cruciferi, qui rectè fidejubent, *id. d. l. n. 265. seq.*

TH. XXXIX. In aliquo munere prohibitivum privilegium illud est, quod in Tutelâ observatur. Cum enim ad regendam impuberum ætatem indefesso labore studioque opus sit; suâ sponte sequitur, milites illud muneris obire non posse, *l. 4. C. qui dat. tut. poss. junct. l. 15. C. de re milit. adeo ut nullâ attentâ excusatione, nec volentes ad tutelam admittantur, §. 14. inst. de excus. tut. ne commilitonum quidem, aut horum liberorum, l. 8. pr. ff. d. t. contra Bart. in l. 10. ff. ibid. nisi sint Veterani, qui adversus filios eorum, qui eidem ordini communicaverunt, & eorum, qui olim milites fuerunt, intra annum quidem dimissionis remissionem habent, post annum non habent, d. l. 8. & l. 2. C. de excusat. Veteran. Primipilarii autem quomodo excusentur, liquet ex d. l. 8. §. fin. & l. 10. §. 5. ff. de excusat.*

TH. XL. In judiciis multa sunt, quibus expediendis paganus ritè adhibetur, miles tamen sine offensâ disciplinæ non potest vacare. Ut ecce procuratores alienorum negotiorum constitui quivis possunt: publicè enim interest, absentes à quibuscunque defendi, *l. 33. §. 2. ff. de procurat.* Id tamen militibus ob utilitatem publicam interdictum, *l. 7. & 13. C. de procurat. l. 8. §. 2. l. 54. ff. eod. §. ult. Inst. de exception. l. 31. C. locat. l. 5. C. de condict. ob caus. dat. ut nec suffragatores esse, d. l. 7. nec pro personis conjunctissimis intervenire possint, d. l. 7. & d. §. ult. nisi de libertate litigent: l. 3. §. 1. ff. de liber. caus. (inæstimabile enim pretium libertatis cum necessitudinis vinculo conjunctum militi non-*

non nihil indulget) & deinde nisi sint liberi, pro quibus procuratorio officio funguntur. Hoc enim casu tum propriam causam agere videntur. *arg. l. l. ff. de lib. & posth. & arg. Nov. 48. pr.* tum in *d. l. 7.* expressè non reperiuntur exclusi. Citra has causas, nulla conjunctionis aut caritatis tanta vis est, quæ huic privilegio prævaleat. Ut tunc in contrarium abire videam *Dobnellum in comm. jur. civ. 18. c. 11. n. 50. p. 186.* Datum igitur militi procurationis ergo ab ignorante reperi potest, *d. l. 5. C. de cond. ob caus. dat. & l. 50 ff. locat. à sciente nullo modo,* quippe qui insuper tanquam contemtor disciplinæ militaris omni jure, quod in re habet, spoliatur. *per l. 35. C. locat. & l. 13. C. de re milit.* Quæ omnia sic procedunt, si ab initio ante litem contestatam vel iudex, *text. in l. 39. §. 2. C. de appell. & l. 2. C. de temp. & reparat. appet.* vel adversarius exceptionem militiæ opposuerint, *d. l. 13. & d. l. 8. §. 2.* Si enim miles ex ignorantia, nesciens fortasse hoc sibi interdictum, procurator factus sit, omisâ hac exceptione; post litem contestatam non removeri potest, *alleg. ll. & in addit. Matth. Matthesilani sing. 12. n. 16. Ludov. Rom. sing. 245. Menoch. de presumt. Lib. 2. presumt. 46. n. 8.* Præterea sunt quædam causæ, in quibus miles non arceatur à munere hoc procurandi, v. gr. in re suâ: quia milites inoffensâ disciplinâ militari suis negotiis superesse possunt. Si ergo honestâ præcedente causâ non malâ fide, nec per simulatas collusiones, mandatas sibi actiones exerceant, non possunt dici alieno negotio fungi, *l. 9. C. & d. l. 8. §. 2. ff. de procurat.* Excipiuntur personæ nobiles milites, qui ne quidem in propriâ causâ procuratores sunt. *l. 25. C. d. t.* Propria verò res dicitur, cuius commodum aut incommodum ad eum suo nomine pertinet, *l. 1. §. 11. ff. quand. appell. sit. Et arg. d. l. 9. omnis causa honesta est, quam aut meritum procuratoris inducit, ut si actio donetur aut legetur: aut necessitas aliqua juris sui tuendi, ut si actio aliqua data sit in solutum: si in iudicio familiaris heriscundæ, aut communi dividundo actiones uni ex hæredibus aut adjudicatæ, aut in communem rem exercendæ datae sint, l. 3. ff. fam. herisc. l. 22. C. mandat.* Licet enim hoc modo contentio ex personâ alterius bonâ fide sumatur, rem tamen suam gerere non ambigitur, *d. l. 9.* Porro ut suam, ita & numeri

meri sui causam agere non prohibetur; vel ideò, quia favetur totius ordinis necessitati; vel quia numeri causam agens, suam agere videtur, cum in univetsali singulorum quoque causæ & res contineantur. *d. l. 8. §. 2. Euenk. d. lib. 2. de priv mil. Priv. 2. n. 15.* Sed an hodiè efficax sit hæc procuratoris exceptio? ajo quod sic; cum non cesset ratio, & durante causâ, durare debeat effectus: contra *Durand. spec. jur. Lib. 1. Part. 3. de procur. n. 21.*

TH. XLI. Speciali quoque privilegio milites accusare non possunt, nisi suam suorumque injuriam persequantur. *l. 8. ff. de accus. l. 8. & 10. C. qui accus. poss. ut nec deferre l. 18. §. 6. ff. de jur. fisc. ne ab armis avocentur, quibus, non privatorum litibus aut delationibus vacare debent. Peretz. in d. t. C. n. 5.* Quod quidem locum habuit in militibus antiqui temporis. Nostris verò militibus interdictum non esse, contendit *Jul. Clarus Pract. Crim. §. fin. qv. 14. n. 4. Rosbach. process. crim. Tit. 1. c. 8. n. 13. & Godofr. in not. ad d. l. 8. ff. de accusat.*

TH. XLII. Permissiva militum privilegia spectant vel directè ad Eos vel indirectè. Hoc modo sunt, quæ non tam ad singulos, quam expeditionem publicam referuntur, ut ea promoveatur & juvetur: v. gr. quando diebus feriatis peragi possunt, quæ ad disciplinam militarem pertinent. *l. 9. ff. de fer.* Etsi enim illarum veneratio & sanctitas omnia hominum profana opera excludere videatur, ita ut omnes actus, tam publici quam privati quiescere debeant, *l. 8. C. de fer.* omnium artium officia, omnes debitorum exactiones, *l. 3. & l. 7. in fin. C. d. t.* voluptates omnes & mercatus. *l. f. pr. C. eod. c. 1. extr. eod.* attamen cum res militaris ad defensionem & conservacionem Ecclesiæ simul & Politicæ utilis valdè necessariaque sit, tantòque celerius expedienda, merito à temporum vinculis legibusque solutam esse decet, ut & ipsis feriis (per quas intelligo singulos dies festos *arg. l. 10. C. eod.*) peragatur. Quò facit ratio adducta *in d. l. 10.* & huic loco maxime conveniens. Unde sua luce claret, non quascunque militares causas aut lites cum militibus intercedentes his diebus peragi posse, sed ea tantum quæ disciplinam militarem concernunt. Privata enim negotia militibus interdicta esse tum *d. l. 9. in m. l. in fin. C. d. t.* indicant. Ideoque hoc privilegium reale est, nec

ad

ad singulos sed ad universos pertinet: imò ubicunque res mili-
tari, ibi & presenti privilegio locus est.

TH. XLIII. Proximum huic est, quod res exercitui paratæ
præstationi vectigalium non subiciantur, *l. 9. §. 7. ff. de publ. &
vectig. adde l. 4. §. 1. ff. eod. ne annonâ exercitus laboret.* Tot enim
exemplorum documentis constat, ingentes sæpè exercitûs con-
cidisse, prudentissima consilia intercepta, omnes imò rerum be-
nè gerendarum occasiones ob solum annonæ militaris defectum
elapsas esse. Quapropter inveniendò huic remedio intenti, o-
mnia ad castra devehenda præstatione vectigalium exemerunt,
ut plures essent, qui spe quâdam lucri alleciti, laborantes anno-
næ inopiâ exercitûs juvarent. Propterea accesserunt Constitu-
tiones Imperatoriæ, quæ etiam frumentum ad Exercitum de-
missum aliis mercari prohibent, & temeratores hujus interdicti
severissimis pœnis pro qualitate personarum subiciunt, *l. ult. C.
quæ res ven. non poss. nisi sint res leves, quas emens proposita in
d. l. pœnæ non succumbit. Euenk. d. tr. lib. 2. pr. 34. n. 6.*

TH. XLIV. Ut hospitio exercitui tempestivè prospiciatur,
facti sunt metatores, qui militibus ex procinctu redeuntibus, vel
proficiscentibus ad bella, hospitia procurare debent. *l. 7. C. de
metat. & Epidem.* quæ vocantur metata, vulgò Quartier. Circa
hæc igitur milites habent privilegium, ut ab illorum onere ne-
mo facile immunis sit. *l. 9. C. d. t.* sed vel præbeat hospitia, domo-
quæ milites assignatos recipiat, vel quolibet pacto eis satisfaci-
at *d. l. 9.* Ex quibus colligo, quod potestas sit civibus cum mili-
te paciscendi, ut acceptâ pecuniâ hospitio renuntiet, alioquæ te-
ctum quærat: siquidem in aliis etiam muneribus adærationes si-
ve pecuniæ præstationes permissas legimus, *l. 13. l. 15. C. de erog.
mil. ann.* Non obstante *l. f. C. de met.* quæ de extorsione non mo-
deratâ quâdam oblatione intelligendâ. Quando autem civium
quis vel hospitii datione, vel pacto cum milite præstitit metata,
nullam deinde pensionem vel discussionem domus gratiâ per-
solvere, aut subire debet. *d. l. 9.* Cæterum qui immunitatem à
metatis habeant, cognoscendum est *ex l. 9. & 10. C. d. t. l. 6. C. de
profess. & ex hodiernâ cujusquæ regionis aut provinciæ consue-
tudinè.*

TH. XLV.

TH. XLV. Directè ad militem privilegia quæ spectant, dan-
tur vel illius personæ principaliter, vel negotiis. Persona in mul-
tis causis privilegiata est, & i. quidem circa munera. Militibus
enim nullum munus municipale injungi potest *l. 3. §. 1. & simili-
bus ff. de mun. & honor.* Quo in loco præmittendum, munera ci-
vilia s. municipalia (hæc enim Synonymicè dicuntur *l. 1. §. 1. ff. ad
municip.*) in triplici esse differentiâ *juxta l. 18. pr. ff. de mun. & ho-
nor.* Personalia, Patrimonialia & mixta. Personalia describun-
tur *in d. l. 18. §. 1.* & sunt vel privata vel publica, *l. 14. §. 1. ff. eod.*
Publica consistunt vel in honoribus, *d. l. 14. pr.* vel in muneribus
in specie sic dictis, *d. l. 14. §. 1.* quæ rursus vel præstantiora vel sor-
dida. *d. l. 14. §. 1. & l. 13. & 14. C. de excus. mun. & l. 5. & 7. C. de
Sacrosanct. Eccles.* Patrimonialia describuntur *in d. l. 18. §.
18.* & dividuntur in Ordinaria & extraordinaria. Ordini-
naria sunt, quæ ad perpetuam reipubl. utilitatem constitu-
ta, ordinariam quotannis præstationem habent, atque singulis
annis recurrunt, *l. 6. §. 5. & d. l. 18. §. 21. ff. eod.* Extraordinaria
quæ sint, patet *ex d. l. 6. §. 5. l. 6. & l. 8. §. 3. ff. de vacat. & excus. mun.*
Mixta denique cognoscere licet *ex d. l. 18. §. 26.* Quibus ita præ-
cognitis facilis est responsio ad diversos textûs, qui circa dela-
tionem munerum in milite non usq; quaq; videntur convenire.
Et in personalibus quidem expeditum est, quod ab illis militi
immunitas sit, *arg. l. 1. §. 2. ff. d. t. l. 10. §. 2. & l. 7. ff. de vacat. & ex-
cus. mun. & per l. 9. C. quand. provoc. non est nec l. ult. de his qui non
implet. stig.* Ratio in promptu est *ex d. l. 18. §. 1.* At in patrimo-
nialibus ordinariis longè aliter se habet, à quibus cum possessio-
nibus & patrimoniis non personis indicantur, nullæ ætatis aut
scientiæ prærogativæ, nulla quoque privilegia præstant vacatio-
nem, per text. *in l. 2. & l. 10. C. de annon. & trib. l. 1. C. de indict. l. 8.
§. 3. ff. de vacat. mun. l. 6. §. f. l. 18. §. 18. & 24. ff. de mun. & ho-
nor. l. 2. C. de mun. patrim. & in l. 3. C. sine cens. vel rel.* Sed quid
dicendum de extraordinariis? Equidem sic statuo, cum illa per
consequentiam saltem rebus, principaliter verò personis, nec
his quidem, nisi incolis, subditis aut municipibus imponantur,
*d. l. 6. §. f. in fin. j. l. 17. §. 13. ff. ad municip. & l. 4. C. de incol. mili-
tem iis non esse inquietandum, quia & clerici propter exemptio-
nem à jurisdictione Laicorum pro possessionibus suis hoc mo-
do*

do immunis sunt, per *Authent. item nulla communitas C. de Episc. & Cler. & cap. 1. de immun. Eccles. in 6to.* quod tamen duobus in casibus limitatur; 1. Si ista extra ordinem indictio commodum & defensionem rerum concernat. 2. Si consuetudine, privilegio, vel legitimâ præscriptione contrarium sit introductum. *d. l. 18. §. 25. de quibus vide Gail. 2. obs. 52. n. 13. seqq.* Mista munera quod attinet, ab iis similem immunitatem habent, quam in personalibus, veluti in decaprotiâ, *d. l. 18. §. 26.* Angariis & hospite recipiendo, quæ mixta sunt propter *d. l. 18. §. 4.* ubi personalibus, & *l. 11. ff. de vacat. mun.* ubi patrimonialibus annumerantur. *adde d. l. 18. §. 27.* Quid autem ex præsenri privilegio Veterani & à militiâ missi sibi vindicare possint, docet *l. 8. §. 2. 3. & 4. ff. de excusat. & Acac. Erenk. de Priv. Veter. pr.*

TH. XLVI. Secundò circa absentiam: cujus causâ uxor maritum in expeditione degentem expectare tenetur, nec cum alio, nisi facta de hujus morte certior, contrahere potest, licet nec literas, nec nuncium ab Eo acceperit; secus faciens pœnam adulterii incurrit. *Nov. 117. c. 11. c. 19. extr. de sponsat. & matrim. c. 3. extr. de sec. nupt. & c. 1. caus. 34. qu. 1.* Olim hæc in causâ mulieri quadriennium præfixum erat, in *l. 7. C. de repud.* Quod deinde à Justiniano mutatum est in decennium *Nov. 22. c. 14.* Idem postea, ut meliùs maritis absentibus prospiceretur, (quia grave est actibus bellicis marito occupato privationem uxoris inferre, *d. Nov. 22. c. 14.*) expectare eam iussit, quantoscunqve annos, *d. Nov. 117. c. 11.* Nostris verò moribus uxori, si à marito temerè absent deseratur, ut nulla in eam affectio martialis appareat, ad secunda vota transire permissum est, observatis iis, quæ notat *Schneidvv. ad tit. de nupt. Part. 4. de divort. n. 44.*

TH. XLVII. Tertiò circa arma. Nam privatorum cuique usus armorum interdictus est ab Imperatore in *Nov. 17. c. 17. & Nov. 85.* adeò ut Lege Juliâ de vi publicâ teneatur, qui arma domi suæ habet, *l. 1. ff. ad L. Jul. de vi publ.* nisi venationis itineris, navigationis, promerciivé causâ, aut hæreditate ad se delatas servaverit, *d. l. 1. & 2. ff. d. t.* De rustico arma portante *textus est in tit. 27. 2. Feud. §. 8.* cujus vi vel arma perdit, vel pœnæ loco 20. libras auri iudici, in cujus potestate repertus est, solvit.

E

his

his peculiari jure gaudent milites, quibus armorum usus omni tempore permissus, *d. Nov. 17. c. 17.* interest enim, armorum quotidiano exercitio ad bellum preparari. *l. 15. C. de re mil.* Hinc gradu deponi, qui in pace militiam deseruit, ait *Riga de priv. contract. c. 1. n. 149.*

TH. XLIX. Quarto valde privilegiata est persona filiofamilias militis in peculio castrensi, in quo tanquam paterfamilias agere & convenire potest *l. 2. ff. & l. ult. in fin. C. ad Maced. l. 2. & 3. C. de pec. castr.* quamquam alias militia non sit modus tollendi patriam potestatem *§. 4. inst. quib. mod. jus patr. potest. solv.* est autem peculium castrense omne id, quod filiofamilias sibi ratione militiae, vel affectione aut notitia castrensi acquisivit, vel à patre; *l. 11. ff. & l. 1. C. de pec. castr. l. 4. C. fam. hercisc.* Vel à matre; *d. l. 1. Novercâ. l. 3. ff. eod. Fratres l. 4. C. d. t.* Cognato alio; *l. 11. & 19. pr. ff. eod. Uxore; l. 6. 13. 16. pr. ff. eod.* Propinquo, vel amico; *l. 1. C. eod. & ab iis qui occasione militiae aliquid dederunt filiofamilias, l. 5. ff. & l. 1. C. h. t.* Denique cedunt huic peculio omnia, quæ aliis multis modis ad illud pertinent: e. gr. solutione, præstita mercede seu stipendio pro operis militaribus, occupatione bellica, permutatione rerum cum rebus castrensibus &c. *per l. 1. C. h. t.* A quibus excluduntur. 1. Ea, quæ pater filiofamilias ex militia reverso donavit, *l. 15. pr. ff. d. t.* 2. Res immobiles seu prædia, quæ abeunti in militiam à patre aut propinquo aliis donata sunt, *l. 1. in fin. C. h. t. l. 4. ff. fam. hercisc.* 3. Hæreditas matris filiofamilias in militia degenti oblata, *l. 1. C. h. t.* 4. Hæreditas ab agnato commilitone data, in testamento ante commilitium facta, *l. 19. pr. ff. eod.* 5. Hæreditas data militi ab agnato, qui in alia provincia stipendia meret, cum quo nunquam militavit, *l. 16. §. 1. ff. & l. 4. C. h. t.* 6. Dos militi filiofamilias data vel permissa, *l. 16. ff. eod.* 7. Quicquid filiofamilias etiam sine militia acquisiturus erat, *l. 11. in fin. ff. h. t.* In his enim omnibus non donatio, sed causa donationis spectatur, & ipsa rei veritas. *l. 8. ff. d. t.* Bartoli distinctionem *in l. 8. §. 2. & 3. de rebus,* quas in hoc peculium computari existimat, non curo, & impugnat eam *Eman. Mendez de Castro n. 142.*

TH. XLIX. Hoc igitur peculium castrense prædicto modo
con-

constitutum, filiusfamilias pleno jure retinet, ita ut in eo liberè
donare, l. 7. §. f. ff. de donat. alienare, l. 2. C. de pec. castr. testari,
pr. Inst. quib. non est perm. fac. test. cum Patre contrahere, l. 2. ff.
de contrah. emt. litem cum eo habere, l. 4. ff. de jud. l. 52. §. 4. & 5.
ff. de furt. & contra Senatusconsultum Macedonianum pecuniam
creditam accipere possit, d. l. 1. §. f. & l. 2. ff. ad Macedon. Nam
miles, qui accipit mutuum, in dubio præsumitur expendere
causâ militiæ, l. f. §. f. C. eod. Petrus de Ravennâ sing. 312. Contra
quam præsumtionem admittitur probatio in contrarium vel id-
eò, quod tantum est præsumtio juris & non de jure, vel, si etiam
de jure sit, nihilominus tolli possit per confessionem & rei evi-
dentiam, utpote cum manifestum est, inde fundum, non res ca-
strenses emtas esse, Gilken. in comm. Cod. in l. f. ad SCt. Maced. in
fin. Ulterius etiam conveniri hujus respectu potest à Creditori-
bus non castrensibus, l. 7. ff. d. t. Sed patris Creditores propter-
ea eum convenire non possunt, d. pr. Inst. quib. non est perm. fac.
test. Quin nec mortuo patre cum reliquis bonis hæreditariis hoc
in collationem venit, l. 1. §. 15. ff. & l. 20. C. de collat. etiamsi ex
donatione patris illud proficiscatur, quia jã transit in castrense
peculium, l. 4. C. fam. hercisc. l. 4. ff. de castr. pec. non obstante l. 20.
C. de Collat. & l. 30. §. 2. C. de inoffic. test. quæ ll. de aliâ, quam ar-
matâ militiâ accipiendæ sunt. Quod si filius intestatus moriatur,
hæc bona deveniunt ad patrem, non tanquam hæreditas, sed
peculium, l. 1. 2. & 9. ff. d. t. nisi filius fecerit testamentum, aut hæ-
res institutus, nolensqve adire hæreditatem, transmittat ad pa-
trem. dd. ll. Multum autem interest, an habeat jure hæreditario,
an peculii, secundum ea, quæ habet Peretz. in Comm. in Cod. de
pec. castr. n. 7. Insuper hoc peculium fisco non applicatur, licet
reliqua bona ob delictum publicentur, per text. in l. 3. §. 4. in fin.
ff. de minor. Godofr. in net. ibid. & Mynsing. in pr. Inst. quib. non est
perm. fac. test. n. 11. & quæ hujus generis alia, quibus omnibus
indagandis supersedeo.

TH. L. Hunc in numerum quintò etiam referendum est,
quod per procuratorem militi actio quaratur, sive rei vindica-
tio, contra regulas juris communis, ubi res emta ex pecuniâ
meâ non fit mea, nec mihi ejus rei competit vindicatio, l. 6. C. de
rei

rei vindic. l. 17. C. de pignor. l. pen. C. de distr. pign. & l. 8. C. depos. id quod militi indultum esse satis evincunt l. 8. C. de rei vindic. & l. 26. ff. de reb. cred. ad exemplum pupilli & minoris, quibus utilis actio per tutorem curatoremve acquiritur, ad rem ex illorum pecuniâ emtam vindicandam; l. 2. ff. quand. ex fact. tut. vel cur. Simili modo contra l. 49. §. f. ff. de acquir. & amitt. poss. l. 8. §. 10. ff. mandat. militi ex persona procuratoris sine cessione actio personalis datur, d. l. 26. Quæ in favorem ipsius personæ sic constituta sunt, quamobrem non refert, quis eam pecuniam pro pretio dederit, utrum procurator militis an extraneus, nec in quam causam ex pecunia apud emtorem haberetur. Donell. lib. 4. comm. jur. civ. c. 2. n. 35.

Tit. LI. Venio nunc ad negotiâ militum, quæ illis cum aliis intercedunt, in his multa contra rationem juris civilis introducta esse dubium non est, & liquere clarius potest, quando illorum ratione ab aliis conveniuntur. Conveniuntur autem vel ex contractu (sub quo intelligo qu. contractum) vel ex delicto. Ex contractu conventi non omnimodo secundum sententiam judicis ad omne interesse actoris tenentur, sed in quantum facere possunt, deducto ne egeant, l. 6. pr. & l. 18. ff. de re judic. l. 7. ff. de cast. pec. l. 173. ff. de Reg. jur. & hoc in omni debito, sive in militiâ, sive extra eam, sive etiam militiæ, sive alterius rei gratiâ contracto, propter generalitatem textum alleg. Eneke. d. tr. lib. 2. priv. 19. n. 3. & 4. Dissentit Bartol. & gloss. in d. l. 6. ff. de re judic. n. 1. Multo minus igitur realiter citandi, capiendi, aut ob debitum in carcerem conjiciendi sunt, Gail. 1. obs. 48. n. 6. Didac. Covarruv. lib. 2. var. resolut. c. 1. n. 4. etsi statuto contrarium caveatur, quod scilicet debitor possit capi rejecto omni privilegio. Illa enim verba non referuntur ad privilegia in corpore juris clausa, docente Everhardo in Top. loc. 56. n. 3. nisi ut volunt quidam, debitor miles de fugâ suspectus sit. Eneke. d. l. n. 5. & Auth. ibi alleg. Cohærens hoc privilegium personæ militanti non datur fidejussori ejus, nec hæredibus, l. 24. & 25. ff. de re judic. nec post missionem, per l. 4. C. de feriis. datur tamen in aliis locis vel suis sedibus degenti, ita ut non præcisè requiratur expeditio. Ratio est dignitas & existimatio militum, utque saluti eorum prospiciatur.

Eneke

Enenk. d. l. n. 4. & 9. fac. 8. ff. de Decurion. ex quâ etiam milites facultatibus lapsos de publico alendos esse deducit Mart. Colerus de Aliment. ex Joh. Baptistâ Pontano c. 11. n. 7.

TH. LII. Huic proximum & simile est. arma militum pignoris causâ retineri non posse, ne à militiâ avocentur, & res. publ. indefensa maneat *Marc. de Mantuâ sing. 96. n. 3. Colerus de Process. execut. P. 2. c. 3. n. 137. adeo, ut etsi bonis cesserint, & ad pingviorem fortunam redeunt emergint arma, non possint auferri. Everhard. d. l. Top. 56. n. 7. Ipsi quoque pignoris loco illa alienare nequeunt, cum hoc in milite capitale sit, vel mutatione militiæ puniatur l. 3. §. 13. & l. 14. §. 1. ff. de re milit. Coler. de process. execut. d. l. n. 146. & seq. Bene autem stipendia sua privatâ pactione obligare possunt, cum illorum propria sint, & ad castrense peculium referantur, in quo liberam agendi, ut volunt, potestatem habent. Accedit quod ratio in precedentibus allata huc nihil faciat. Itaque non obstat, quo minus pro subsidio insolutum etiam adjudicari possint, si aliâ ratione rei judicatæ satisfieri nequeat. l. 4. C. de execut. rei jud. Magon. Dec. 24. n. 7. Sequestratio autem in illis non concedenda ob debitum, nisi de eo constet per publicum instrumentum, teste Everhard. d. l. 56. n. 13. per ea quæ habet Bart. in l. 16. §. 2. C. de erog. mil. ann. aut nisi delictum commiserint, quo casu pignorari posse est textus in Nov. 17. c. 4. in fin. & c. 10.*

TH. LIII. Porro miles conventus in judicio, non ita arctè vinculis judicialibus adstrictus est, sicut paganus, sed licitè jus suum ignorare potest, eoque non læditur, etiam quoad lucrum, l. 9. §. 1. ff. & l. 1. C. de jur. & fac. ignor. l. ult. pr. C. de jur. delib. Intelligitur autem hic jus commune, imò & speciale, propriaque privilegia, ad. II. non naturale arg. l. 2. C. de in jus voc. nec præcepta militaris disciplinæ, l. 3. §. 13. & l. 6. pr. ff. de re milit. quibus omnes ligantur. Exempla huc pertinentia ubique obvia sunt; quorum è numero illud est, quod ipse (vel actor vel reus) post sententiam latam possit exceptionem peremptoriam, tam in facti, quam juris allegatione consistentem, opponere, l. 1. C. de jur. & fact. ignor. & Anton. de Padilla ad d. l. 1. num. 3. 5. & 6. M. Anton. Natta Tom. 2. Consil. 289. n. 10. Quod verum est, si ipse suam causam

agat. Nam si per procuratorem aut causam alienam agat, hoc privilegium sibi vindicare non debet. *Anton. de Padilla d. l. n. 25. per d. l. 1. ibi causam tuam.* Ratio huius privilegii est simplicitas militum & imperitia, *l. 1. C. de jur. & fact. ignor. l. 1. pr. ff. de test. mil. & l. fin. pr. C. de jur. delib.* Hæc iterum nititur utilitate publicâ, quia muneri & signis suis jugiter inherere, armisque non privatis negotiis occupari jubentur, *in l. 31. C. locat. & l. 13. & 15. C. de re milit. & arma magis, quam jura scire debent, sec. d. l. fin. pr.* ubi igitur hæc causa cessat, cessat & Privilegium, v. gr. in milite jurisperito, qui ignorantiam juris fraudulenter non potest allegare, *arg. d. l. 1. errantibus enim, non fallentibus aut decipientibus jura subveniunt, l. 2. C. si min. se maj, dix.* Hinc perineptè hoc privilegium tribuitur Advocatis & ejusmodi personis, *propter l. 2. §. 43. ff. de Orig. jur.*

TH. LIV. Inter hæc militum beneficia referenda quoque est restitutio in integrum, quâ miles, dum in expeditione est, in iis quæ ab Eo geri debuerunt, non ab aliis gesta sunt, *l. 7. C. de rest. mil. læsus, intra annum utilem restituitur in integrum, l. 2. 3. & fin. C. d. tit. l. 15. C. ad L. Jul. de adult. adde Bart. in l. 40. ff. de alien. jud. mut. caus. Potissima huius ratio est absentia rei arg. l. 4. & 5. C. d. t. ad quam omnes aliæ concurrunt, veluti militia, occupatio bellica, disciplina militaris, &c. Hoc autem beneficium personale est propriè sic dictum. Nam personale dupliciter dicitur: 1. Strictissimè, quod cohæret personæ, nec transit ad aliam, eam repræsentantem, *l. 3. §. fin. ff. quib. mod. ususfr. amitt.* 2. propriè, quod etiam transit ad alias personas priorem repræsentantes, veluti accidit in restitutionibus *l. 1. G. d. tit.* Datur itaque hæredibus, *d. l. 1.* & benignâ interpretatione extenditur ad uxores militum, quatenus cum maritis in expeditione absunt, *l. 1. & 2. C. de uxor. mil. non ad concubinas, quarum causam odiosam esse apparet, ex l. 2. C. de donat. int. vi. & ux. & l. 41. §. 1. ff. de test. mil. ubi inutilis est donatio militis facta concubinæ. Quod verum accipio, nisi facta sit in pretium usus corporis, vel in renumerationem obsequiorum exhibitorum, aut juramento confirmata. Peretz. in comm. Cod. de donat. n. 11. in fin. Everhard. præall. loc. top. 56. n. 10. In quibus tamen non facio cum Bartolo in l. 14. ff. de his quib.**

quib. ut indign. putantis, à milite concubinæ relictum fisco vindicari: Ad dissentiendum enim movet per d. l. 2. Huc etiam adjicio, quod ejusmodi concubinæ beneficium l. un. ff. de bon. poss. ex test. mil. non habeant, cum iis saltem iudultum sit, qui necessitate quâdam non temerè in hostico versantur: illis autem liberum sit non abesse cum militibus.

TH. LV. Conventionem ex delictis quod attinet, in eâ non par est eorum conditio cum reliquis. Exemplum potest afferri ex l. 3. C. de vectig. & commiss. quâ cavetur, ne militis res ob omittas professiones in commissum incidant, si modò portoria (quæ utilitatis publicæ gratiâ præstantur) solvere paratus sit: quod in privatis secus est, tot. tit. ff. de public. & vectig. & C. de vectig. & comm.

TH. LVI. Delicta sequuntur pœnæ, circa quas & quaestiones milites non contemnendum habent privilegium. Nam neque tormentis, neque plebejorum pœnis, etiamsi non impletis stipendiis demissi esse videantur, subjici possunt, tam ipsi, l. 8. C. de quaest. l. 4. C. ad L. jul. majest. l. 3. §. 1. ff. de re milit. quam eorum filii, d. l. 8. & l. 5. C. de pœn. primi gradus, dd. ll. additâ l. 6. §. 2. C. ad Trebell. & l. 6. ff. de test. tut. l. 8. pr. ff. de excusat. l. 220. ff. de V. S. & filia propter d. l. 5. Hoc in loco præsciendum, delictorum aliamiliti esse propria, alia communia. Illa sunt, quæ aliter quam disciplina militaris exigit; l. 2. & l. 6. pr. ff. de re mil. Hæc quæ citra disciplinæ rationem committuntur. Militaria variis ex causis proveniunt, quas commemorare opus non est, cum satis pateant ex tot. tit. ff. & C. de re milit. Plura qui volet, videat Vvesenb. in ff. d. t. n. 6. Anton. Perez. in comm. Cod. d. t. n. 33. & multis seqq. Freher de existimat lib. 3. c. 15. n. 2. Gail. de P. P. c. 4. n. 17. Tholosan. lib. 19. c. 10. n. 5. & c. 12. & lib. 35. c. 5. n. 57. item lib. 36. c. 28. n. 20. & passim. Modus puniendi non semper & apud omnes idem. Sic mitius punitur Tyro: l. 3. §. 9. ff. de re milit. mitius, qui multum profuit reipubl. propter collatam operam, quàm alius. Clarus 5. sentent. qu. 60. n. 25. Contra gravius animadvertitur in eum, qui in majori dignitate constitutus est, quàm qui in minori, quia ille exemplo suo potuit nocere aliis. l. 2. §. 1. ff. de re milit. Anton. Columbetus sing. 13. n. 1. De consuetudine tamen receptâ non suspenduntur, nisi in delictis;

Etis, in quibus non digni sunt poenâ nobilium iustitiam. *Clarus d. l. n. 24. & in addit. Bajardi ad ejus Pract. Crim. §. furtum. n. 70. p. m. 42.*

TH. LVII. Jus quod circa quaestiones ipsis indultum est, fortius olim, quam nunc se exeruit. Olim enim vilissimus quisque; torturae non subiciebatur, *sec. l. 8. C. de quaest.* Hodiè tamen eâ immunitate non gaudent, nisi Equites aut ductores exercitus; *Clarus s. sent. qv. 64. n. 18.* qui non torquentur nisi in crimine laesae majestatis, *l. 4. C. ad L. jul. majest. Hippolit. de Marsiliis sing. 556. n. 2.* quo casu prius degradandus esse ait idem *d. l. n. 4. & Clarus s. sentent. qv. 74. n. 5.* Potest huc etiam referri, quod ad testimonium dicendum inviti cogi non possint, *l. 3. §. ult. & l. 8. ff. de testib.* ne à signis vel muneribus avocentur, *d. l. 3. §. ult.* quod idem transfertur ad mercatores & negotiatores, qui quid exercitui praebendum conduxerunt, *sec. l. 19. ff. eod.* Iterum autem hoc cessat in causâ majestatis laesae, *arg. l. 4. C. ad Leg. jul. majest. l. 10. §. 1. ff. de quaest. & quando renuntiant juri suo, id quod certo modo illos facere posse, si eorum absentia à signis non noceat, innuit l. 14. C. de testib.* In casu igitur, quo renunciatum est, cessat quidem privilegium, *arg. d. l. 14.* sed non facit praedictum in alio, etsi non protestatio accesserit. *Enenk. d. l. lib. 2. Priv. 8. n. 15.*

TH. LIX. Dixi hucusque, quibus modis conveniendus sit miles, superest, ut de loco & iudice competente, ubi conveniri debeat, paucis disquiram. Et de priori quidem dispositum est, quod miles, ut alii in loco domicilii conveniri possit, *vide l. 50. §. 2. ff. de judic. l. 2. C. ubi Senat. vel clariss. & l. 5. §. 5. ff. de injur.* Si quaeratur, ubi domicilium habeat, dico quod vel in patriâ si aliquid ibi possidet, *l. 23. §. 1. ff. ad municip.* vel ubi meret, *dict. leg.* Aliud enim sortiri non potest, quoniam fortunarum suarum summam constituere in certo loco nequit, qui jugiter signis inhærere debet, & à militiae muniis nunquam abesse. *l. 31. C. locat. l. 15. C. de re milit. j. l. 7. C. de incol.*

TH. LIX. Iudex competens secundum jus civile quidem est magister militum *l. fin. C. de re milit. l. 1. C. de exhib. & transmitt. reis.* Comes *l. 1. C. de offic. vicar.* Dux *l. 3. pr. ff. de re milit.* vel quicumque alius, sub quo militant, *l. 9. ff. de custod. & exhib. reor.*

reor. qui judicant in causis militum tam civilibus quam crimina-
libus, l. 6. C. de jurisd. omn. jud. l. fin. pr. ff. de re milit. tam mi-
litaribus quam non militaribus, l. 2. C. ubi quis de curial. vel co-
hortal. Clarus 5. sent. qu. 35. n. 24. Ex consuetudine verò sæpè fit,
ut prædicti in legionibus suis judicem constituent, hominem ju-
ris legumque militarium peritum, qui de causis militum civili-
bus cognoscat, non criminalibus, nisi inter viles & caligatos: In-
ter digniores enim enata quæstio criminalis ad principem refe-
renda est. text. in d. l. 9. Verum ne Rectores & præsidēs omni
jure cognoscendi in delictis priventur, distinctionem in præce-
dente th. 56. traditam observare necesse est, sec. gloss. in d. l. 6. C.
de jurisd. omn. jud. hoc modo: ut in militari delicto solus judex
militaris cognoscat, & coërceat, quò refer l. 1. C. de off. mag. mil.
nisi in desertione commissum sit, tunc enim Præses cognoscat,
non ut super desertione, seu delicto militari, sed ut de privilegio
desertoris & judice constet, l. 3. pr. ff. de re mil. cum omnis privile-
giatus à judice non suo citatus, comparere, & privilegium alle-
gare teneatur, per l. 2. C. de excus. veter. Quod si delictum com-
mune sit, in illo quidem leviori cognitio præsidis, coërctio ma-
gistro militum commissa est: In graviore autem & cognitionem
& coërctioem solus præses habet, sec. l. fin. ff. de accusat. d. gloss.
in d. l. 6. Carpzov jur. For. P. 4. C. 9. Def. 11. Richter. ad auth. habitâ C.
ne fil. pro patr. p. m. 149. adde Jul. Clarum d. l. & d. lib. 5. qu. 38. n. 4. Et
refert Everhard. in d. l. Top. 56. n. 13. vers. decimo septimo: quod mi-
les falsum deponens coram judice non suo, vel eum offendens,
non obstante fori privilegio ab illo puniri possit, per text. in l. 14.
C. de test. & Dd. ibid. Sed hæc exceptione non utuntur, 1. qui pro
functionibus debitisque publicis in judicium vocantur, per l. un.
C. in quib. caus. mil. for. præscr. 2. Qui ex privatis negotiis vel
actionibus conveniuntur, d. l. un. & ibi Wesenc. in 2. 3. Si fori
privilegio renunciârint, l. 29. C. de pact. quod quandoque facere
posse docet Erenk. lib. 2. priv. 5. n. 19. 4. Qui in jus vocati, militiæ
nomen dederunt, l. 7. & 30. ff. de judic. l. 4. C. de veteran. 5. Qui
nondum sunt adscripti matriculæ, etiamsi militiæ nomen dede-
runt, l. 42. ff. de test. mil. quia non subsunt judici militari. 6. Qui se
adscribunt matriculæ civium, sicut confirmat præjudicio Peretz.
in comm. C. in quib. caus. mil. for. præscr. n. 4. & 5. Et hæc de privilegiis
actuum inter vivos.

F

TH. LX.

TH. LX. Inter actus ultimæ voluntatis eminent privilegia, quæ in testamentis militibus concessa sunt, illa respiciunt vel testamenti constitutionem, vel Ejus conservationem. Testamenti constitutio iterum respicit vel personas, vel modum instituendi. Personæ sunt vel testantes, vel capientes ex testamento. Quoad personas testantes privilegium est, quod testamentum facere possit 1. Filiusfamiliæ, *pr. Inst. quib. non est perm. fac. test.* 2. Ad mortem damnatus, *l. 11. ff. de test. mil. l. 6. §. 6. ff. de injust. rupt. irrit. l. 22. §. 1. ff. de Leg. 3.* si tamen in sententiâ hoc ei permittatur, *d. l. 6. §. 6. & d. l. 22. §. 1. & l. 32. §. 8. ff. de donat. int. vir & uxor.* 3. mutus & surdus, *§. 2. Inst. de mil. test. & l. 4. ff. eod.* ex accidente scilicet & casu, non naturâ. Talis enim nec militiæ nomen dare, nec mandata exaudire potest, imò cum ob supervenientem hunc morbum mitti soleat, *d. l. 4.* multo minus ab initio est recipiendus. *Ludov. Diss. 7. th. fin. li. a. Mynsing. & Vultej. ad d. §. quinimo* 2. Nec debent in hoc cum paganis videri convenire propter *l. 10. C. de testam.* quia singulare est in illis, quod etiam literas ignorantes solo nutu & signis voluntatem suam declarare possint, *arg. l. 40. pr. ff. d. t. Dissent. Eneke. d. lib. 2. priv. 16. n. 28. & Vasquius lib. 3. controv. c. 1. n. 3. & 4.*

TH. LXI. Ratione capientium ex testamento indultum est militi, ut omnibus relinquere possit, qui testamenti factionem non habent, nisi expressè à lege prohibeantur. *l. 13. §. 2. ff. & l. 5. C. d. t.* Non prohibentur deportati, *d. l. 13. §. 2. & l. 7. §. 1. ff. de Leg. 3.* prohibentur mulier, in quam turpis suspicio cadit, *l. 41. §. 1. ff. d. t. & l. 14. ff. de his quæ ut indign.* Servus pœnæ, *d. l. 13. §. 1. & l. 3. ff. de his quæ pro non script.* nisi sub conditione appositâ *in d. l. 13. §. 1.* quod producit *Bartolus* ad servos hostium, quia impedimentum servitutis est juris gentium, *in l. 14. n. 6. ff. de test. mil.* Hæreticus, *l. ult. C. de heret. & Manich.* & qui sub captatoriâ conditione hæres institutus est, *l. 11. C. h. t. ubi, quid sit captatoria institutio Godofr. in not. explicat.*

TH. LXII. Circa modum instituendi remittuntur solennitates juris civilis, quæ remissio vel in liberè disponendo consistit, vel in formâ probandi. Quoad hanc privilegium est in testibus. Cum enim in testamento pagani requirantur septem testes, *§. 3. Inst. de testam. ordin.* in militis interdum duo sufficiunt, interdum

dum nullo opus est. Nam si miles testetur in conflictu & extremo vitæ periculo, nullos testes tenetur adhibere, *l. 1. in fin. pr. & l. 44. ff. d. t.* adeò ut in vaginâ, clypeo, aut aliâ quâcunq; materiâ sanguine ejus annotata, aut in pulvere gladio scripta voluntas sine omni teste valida sit, *l. 15. C. eod.* negata verò per duos testes cognoscentes ipsius scripturam probari debeat, *per l. 40. in fin. pr. ff. d. t.* Si verò testetur in castris non in conflictu, per duos testes de ejus voluntate constet, necesse est, qui jure gentium, secundum quod hæc testamenta censentur, ubiq; ad probandam veritatem intervenire debent, *§. 1. Inst. d. t. l. 24. ff. eod. & l. 12. ff. de testib. Schneid. ad tit. Inst. de test. mil. n. 14. Francisc. Duaren. c. 3. de test. mil. Durand. Spec. jur. lib. 2. Partic. 2. de instrum. edit. n. 11. Ludov. Disp. 7. th. s. lit. a. idq;ve hodiè obtinet tam in nuncupativo, quàm scripto testamento, propter recessum Imp. de Anno 1512. rubr. von den Notarien / §. von Testamenten / vers. und sollen. Dn Carpzov. Jurispr. for. P. 3. c. 4. Def. 26. Dissentit Euenk. d. l. priv. 16. n. 61---68. An autem testes specialiter rogandi sint, controversatur? Affirmativam sequitur Schneidov. d. l. & Jul. Clarus 3. sent. qv. 85. n. 4. per d. l. 24. Cui subscribere tutum non est, tum quia solennitas ista est juris civilis, & remissa militibus, tum quia *in d. l. 24. & §. 1. Inst. h. t.* facti species, non decisio juris continetur. Ludov. d. l. Gypphan. lib. 2. Antinom. jur. Disp. 14. n. 11. in fin. & n. 12. Zæsius de test. mil. in D. n. 5. Euenk. d. l. n. 69. & multis seqq. Porro inter testes potest esse mulier. Clarus 3. sent. q. 55. n. 5. & Pater filii familiâs militis aliq;ve cognati, *sec. l. 20. §. 20. ff. qui test. fac. poss.* Nec testium subscriptionibus aut subsignationibus hic opus est, cum sufficiat, ut quomocunq; de illorum voluntate constet, *d. l. 1. ff. h. t.**

TH. LXIII. In liberè disponendo sequentia sunt privilegia.
1. Hæredem potest scribere ex certâ re, ex die & in diem, *l. 6. 15. §. 4. l. 41. ff. & l. 8. C. d. t.* Deinde pro parte testatus, pro parte intestatus decedere potest, *l. 6. & 19. pr. ff. eod. l. 7. ff. de Reg. jur. nec* habet locum jus ad crescendi *l. 37. ff. eod.* forsen ideò, quia hoc jus à dispositione legis ex conjecturatâ mente testatoris inducitur: At in dispositione militis omnis legis diligentia subtilitas & interpretatio rejicitur, quæ observanda est, ut legitur. *Menoch. de lib. 4. presunt. 14. n. 2. & 4.* Sicut exemplum est in legatis, quæ relicta ab instituto à milite non sunt præstanda à substituto, quia hoc

pendet à tacitis conjecturis, quæ non attenduntur circa militis
voluntatem, ita observandam quemadmodum expressa est, l. 3.
& l. 6. ff. eod. l. 74. ff. de legat. 1. Menoch. d. l. n. 5. Gilken. in comm. C. ad
l. 8. de impub. & al. subst. n. 13. Præterea duo testamenta valida
simul facere potest, quorum utrumque valeat, d. l. 19. pr. ff. h. t. ni-
si prius factum sit jure communi, tunc enim per posterius mili-
tare eliditur, l. 2. ff. de injust. rupt. irrit. Potest etiam liberos in
testamento valide præterire, §. pen. Inst. de exher. lib. sine expres-
sione causæ, non obstante Nov. 115. c. 3. quæ de paganis loquitur,
& tanquam generalis constitutio ad correctionem juris specialis
non est extendenda, fac. l. 3. C. de silent. & Decur. eor. Zoesius in
comm. D. d. t. n. 7. Gyphan. lib. 2. Antin. jur. Disp. 15. th. 12. Dissentit
Mynsing. ad d. §. pen. instit. n. 5. & Jul. Clarus 3. sentent. qu. 42. n. 3.
Porro miles totam hæreditatem legatis vel fideicommissis ex-
haurire potest, ut locum non habeat Falcidia, l. 17. §. ult. l. 18. ff. & l.
12. C. d. t. l. 17. & 96. ff. ad L. Falcid. Covarruv. var. resol. tom. 1. c. 16.
n. 16. & 17. Propter Nov. 1. c. ult. in fin. frustra ad dissentiendum
movetur gloss. & Bartol. ibid. Et l. 1. §. 6. ff. ad Senatuscons. Trebell.
intelligi debet, ut locum habeat quoad ea, de quibus in privile-
gio nihil dispositum est, non quoad detractionem quartæ. Privi-
legium enim, in quibus casibus jure speciali non regitur, cense-
tur secundum regulam juris communis, l. 29. §. 2. ff. de test. mil.
Vasq. lib. 1. controv. c. 26. n. 6. in substitutionibus denique singu-
lari beneficio concessum est, ut filio possit substituere, licet sibi
non fecerit testamentum l. 49. §. fin. ff. eod. & tam filio ultra pu-
bertatem, quam extraneo directè, l. 5. & 41. §. pen. ff. d. t. l. 6. C.
eod. & l. 15. ff. de vulg. & pupill. subst. quo tamen in casu substitutus
bona à testatore hæredi relicta tantum accipit, cum fructibus,
ad. ll. junct. l. 43. pr. ff. de vulg. & pupill. subst. remanente apud fili-
um legitimam, quam, etsi pater directè substituendo adimere pos-
sit, non tamen in dubio præsumitur voluisse, ut cum hæreditatis
restitutione transferretur. Gilken. ad l. 8. C. de impub. & al. subst.
n. 31. Covarruv. d. l. n. 18.

TH. LXIV. Quoad conservationem privilegium habet mi-
les, quod ejus testamentum non rumpatur agnatione sui hære-
dis, l. 7. 8. & 9. ff. h. t. capitis deminutione non annulletur, §. 5. inst.
eod. Querelâ inofficiosi non impugnetur, l. 9. & fin. C. de inoff. test.
l. 3.

l. 8. §. 4. & l. 27. §. 2. ff. eod. Bart. in d. l. fin. Peretz. in Cod. de test. mil. n. 16. Ludov. Disp. 8. th. 8. lit. b. Trentl. v. 2. D. 11. th. 11. lit. c. Vultej. in pr. inst. de inoff. test. n. 7. Finkelhauf. obs. 29. n. 29. Contrarium defendunt Clarus 3. sentent. qv. 48. n. 2. & Covarruv. tom. 1. c. 9 n. 8. Item quod bonorum possessio contra tabulas testamenti non detur, l. 30. ff. h. t. quod testamentum ejus post missionem causariam vel honestam valeat, si intra annum decedat: §. 3. inst. & l. 26. ff. eod. (etsi hoc anni privilegium ad eos non extendatur, quorum fit mentio in l. un. ff. de bon. poss. ex test. mil. & qui successoribus acceptis militare desinunt, l. 20. pr. & l. 21. ff. de test. mil. Anton. Merenda Lib. 6, controu. jur. c. 8. n. 14.) quod in codicillis directò possit hæredem scribere, l. 8. §. 4. ff. de jur. Codicill. l. 3. ff. de test. mil. quod pactum ejus valeat de futurâ successione deferendâ, sec. l. 19. C. de pact. Boer. Decision. 104. n. 4. non quidem in vim pacti, sed sub specie ultimæ voluntatis. Everh. loc. top. 57. n. 4. quod miles facturus testamentum, & ante illud perfectum decedens præsumatur jure singulari & privilegiato testari voluisse, l. 3. ff. & l. 3. C. de test. mil. Menoch. de præsumt. lib. 6. præsumt. 6. n. 4. quemadmodum semper in dubio privilegio suo & jure speciali uti censetur Menoch. lib. 4. præsumt. 31. n. 15. Anton. Fab. in Cod. de testam. Def. 7. n. 6. Trentl. vol. 2. Disp. 10. th. 6. lit. a. Aliter sentiunt, Marcus de Mantuâ sing. 215. Vasquius Controu. Lib. 1. c. 26. n. 5. & Dd. ibi alleg. Brederod. in not. ad Schneid. de test. mil. in fin.

TH. LXV. Causa finalis hujus circa testamenta privilegii est Belli necessitas mortisque inopinatum discrimen, & infiniti casus, qui militem ab observantiâ solennitatum juris liberant, d. l. 19. C. de pact. ne forte si his adhibendis adstringeretur, propter periculorum præsentium varietates testamenti factione penitus privaretur, quod inhumanum esset. Huic causæ accedit alia, simplicitas nimia & imperitia militum, cui consulere Impp. voluerunt, princ. inst. l. 1. ff. & l. 3. C. h. t. quæ tamen sola non sufficit, nisi concurrat cum priore: Hæc enim si sola consideraretur, & rusticis aliisque ita testari permetteretur. Unde videmus, non semper adæquatæ & principales in textibus nostris adduci rationes, quod & ex §. si quis 35. instit. de rer. div. manifestum redditur. Dantur igitur hæc privilegia illis, qui in expeditione sunt, d. l. 19. C. de pact. eò quod testamenta hæc ex pto cinctu originem



habent. Quid autem sit in expeditione esse, vide ex superioribus.
 Ex quibus facile liquet, quod hisce etiam gaudeant, Limitanei,
 Præfidiarii, Stationarii & Hybernantes, propter subitanea peri-
 cula, quæ expectare coguntur, & quia vi sacramenti præstiti Mar-
 tis aleam sine tergiversatione quovis tempore subire necesse est.
fac. l. 2. §. 8. C. de off. præf. præt. Eneke. de priv. milit. lib. 1. c. 5. n. 7.
seqq. Trentl. vol. 2. Disp. 10. th. 6. lit. c. Cui sententiæ contrarii sunt
Gail. 2. obs. 118. n. 13. Gyphan. lib. 2. Antinom. jur. Disp. 14. n. 14. Car-
pzo. Jur. For. P. 3. C. 4. Def. 28. Finkelth. obs. 46. Prædictis annu-
 merantur, quos vel necessitas, vel officii ratio non temeritas a-
 liqua obstringit in hostico & in procinctu esse. Nam & hi pro-
 pter eadem pericula liberè testandi jus habent, *l. un. ff. de bon. poss.*
ex test. mil. Tales autem sunt 1. Clerici militares, *Ordinat. Imper.*
de Anno 1570. rubr. Reiterbestallung art. item es sollen sich auch. 2.
 Consiliarii Bellici. 3. Medici. *Finkelth. d. obs. 46. n. 17. & 18.* 4. Mer-
 catores & lanii vestigales: ita tamen, si ex mandato Ducis mili-
 taris, non sui lucri causâ victualia apportent. *Finkelthaus. d. l. n.*
20. & deinde si in hostili loco constituti decedant. Ludov. Disp. 7.
th. fin. lit. a. Clarus 3. sent. qu. 15. n. fin. Quo attento non faciet quic-
 quam discrepans sententia Merendæ *Lib. 6. controu. jur. c. 8. n. 12.*
 5. Remiges & reliqui navi gubernandæ præpositi. *d. l. un. §. 1. ff. de*
bon. poss. ex test. mil. Sed non omnes. Quidam enim in pœnam de-
 licti triribus addicti sunt, & hos absurdum est ex pœnâ pri-
 vilegium consequi. Alii sponte huic muneri incumbunt, homi-
 nes vilissimi & infames: qui cum ne militare quidem possint,
 multò minus ex hoc privilegio testantur. Alii denique jussu prin-
 cipis propter utilitatem publicam huc destinati sunt, & his rectè
 competunt privilegia. *Ant. Merenda d. l. n. 13.* 6. Nobiles obti-
 nentes à Dominis feuda, quia omnibus momentis, quando exi-
 guntur, coguntur domino militare. *Coler. de proc. exec. P. 1. c. 6.*
n. 152. seq.

TH. LXVI. Ex dictis constat, hoc in loco excludi, qui in a-
 liis locis vel suis sedibus degunt, *l. ult. C. de restit. mil. emanfores*
& vagabundos, l. 3. C. de com meatu lib. 12. additâ l. 52. C. de Episc.
& Cler. ab hostibus captos, l. 10. ff. de test. mil. Veteranos, §. 3. inst.
eod. l. 8. §. 3. ff. de inoffic. test. & omnes illos, qui non exercent ar-
matam militiam, & in expeditione reperiuntur. Advocati & alii
 toga.

togata militia milites, de quibus late *Everherhard. in d. l. top. 56.*
fructu sibi hoc nituntur vindicare *ex l. 14. C. de advoc. div. jud. & c.*
Sicut enim disputandum non est, multa his & magna privilegia
dedisse Imp. ita certum est, sua militibus; sua Advocatis & Cle-
ricis aliisque esse privilegia, profecta ex causis plane diversis.
Enenk. de priv. jur. civ. lib. 2. c. 4. n. 43. & de priv. mil. lib. 1. c. 7.
Insuper Clericis non competere iura militiae armatae, nisi quate-
nus expressum hoc est, docet *Matth. Matthesilanus sum. 61. pr.*

TH. LXVII. Hac ita de testamento militis. Sed si intesta-
tus decesserit, & legitimus haeres ipsi non sit superstes, bona eius
hereditaria ad Vexillationem sive Legionem, in qua militavit,
pertinent. *l. 2. C. de hered. Decur. l. 6. §. 7. in fin. ff. de injust. rupt.*
irrit. Secus ac in paganis, quorum intestatorum bona, deficiente
legitimo haerede fisco deferuntur. l. 1. & 4. C. de bon. vacant. At-
que in his potissima militum privilegia constant. Possunt sane
diligentius scrutanti plura occurrere, sed, dum haec obiter sal-
tem attingere decretum fuit, hic subsisto. Illud tamen affirmo,
etiam nostros milites privilegia veterum habere. Licet enim an-
tiqua signa non habeant, habent tamen novae observantiae insi-
gnia, quae jure quodam translationis successerunt. Enenk. d. tr.
Lib. 1. c. 3. n. 3. Gail. 2. obs. 118. n. 2. Zoesius in comm. D. de re milit.
n. 7. Pererz. in Cod. de test. mil. num. fin.


TH. LXIIX. Restare tandem videtur, ut de iis quibus a mi-
litiâ milites dissolvuntur nonnulla adjiciam. Illud accidit mis-
sione, vel honestâ, vel causaria, vel ignominiosâ. Honestâ est,
quae tempore militiae impleto, id est, post viginti annos datur, *l.*
13. §. 3. ff. de re milit. l. 2. §. 2. ff. de his, qui not. in fam. l. 8. §. 5. ff. de
excus. l. 7. C. de fid. instrum. l. ult. C. de his qui non implet. stip. Hoc
modo missi dicebantur Veterani, & a muneribus personalibus
ipso jure immunes erant, *d. l. ult. & l. 9. C. quand. prov. non est nec:*
nec suscepto sponte munere amittebant immunitatem, l. 2. ff. de
Veteran. Plura de his habet *Enenk. de Priv. Veter.* Hodie vix ulli
milites, licet senio confecti laboribusque fracti militiae tempus
complevere videntur, ut missionem ejusmodi honestam conse-
quantur. *Pererz. in C. de his qui non implet. stip. num. 10.*


TH. LXIX. Cassaria missio, quae & honesta dicitur, descri-
bitur *in d. l. 13. §. 3. & d. l. 2. §. 2. & d. l. 8. §. 5.* Apud veteres pin-
gve-

gvedo etiam fuit inter caussarias miffiones, adeò ut cenfores ni-
miam pingvi homini eqvum adimere folerent, minus idoneum
eum rati, cum tanti corporis pondere ad faciendum eqvitis mu-
nus. *Gell. lib. 7. N. A. c. 22.* Circa quæ incidit mihi, quod de Chia-
pino Vitellio, Duce Hispanico in provinciis Belgii traditum est.
Is, cum sub mediam ætatem in immensum creſceret ventris mo-
les, ut fascia è collo demiffa ſuſtinenda foret, videns, ſe tardio-
rem ad belli munia quotidiè reddi, vino ſua ſibi ſponte interd-
cto acetum ad finem uſque vitæ bibere perfeveravit; effecitque,
ut detumefcente abdomine, defluenteque ventris pelle, quæ i-
pſe ſe thoracis inſtar involvebat; octoginta ſeptem librarum de-
creviſſe pondo compertus ſit, *Farnian. Strada de Bello Belg. Dec.*
1. lib. 8. p. m. 404. Cæterum ita cauffariè miſſus, ſine licentiâ
Principis denuò non admittitur, *ſac. l. 2. C. de div. off. & appar. &*
Bart. ib. Habet autem vacationem pro ratione anorum, intra
quos miſſus eſt, *l. 8. §. 3. ff. de excuſ. l. 2. C. de his qui non implet.*
ſtip. Si vicennio militarunt, etiam jura veteranorum ſibi ven-
dicant, *d. l. 2. & l. 1. Cod. de excuſ. vet. Freher de exiſtim. lib. 3. c.*
15. num. 5.

TH. LXX. Ignominioſa miſſio eſt, cum quis propter deli-
ctum ſacramento ſolvitur, *d. l. 13. §. 3. & d. l. 2. §. 2.* Hoc genere
dimiſſus infamis fit, nec privilegia aliqua habet, *d. l. 8. §. 1. & §.*
Et licet tales jus civitatis non amittant, neque capite minuantur
: tamen neque in urbe Romanâ, neque in comitatu ſacro
principis eis morari licet, *d. l. 13. §. 3. & d. l. 8. §. 9.* Non ſolum
autem gregarii, ſed & Dux ignominia mitti poteſt; ſed non niſi
ab Imperatore, aut Senatu, reliqui etiam à Ducibus, *l. 2. pr. ff. de*
his qui not. infam. Deinde in Ducis miſſione ad infamiam ex-
preſſè requiritur mentio ignominioſæ miſſionis, cum cæteri ſine
eâ ignominia cauſa mitti poſſint, *d. l. 13. §. 3. Freher. de exiſtim.*
d. l. 3. c. 15. n. 16. Durand. ſpec. jur. lib. 3. de accuſat. Partic. n. 8.
dum modò propter aliquod delictum militare & infamans mit-
tantur, non alia de cauſa. *d. l. 2. §. 2. verſ. ſed et ſi ff. de his qui not.*
infam. Quæ in verba ſic finio. DE O Nostro ſit Laus &
Gloria in ſecula ſempiterna.

F I N I S.






Kc2974a

X2615539

WDA ME






DISPUTATIONEM JURIDICAM
De
MILITE,
Benignâ summi Numinis indul-
gente gratiâ
Et Magnifici Jureconsultorum Lipsiensium,
Ordinis Consensu
SUB PRÆSIDIO
VIRI
NOBILISSIMI ET CONSULTISSIMI
DN. AMADEI ECKOLDS,
Phil. & J. U. D. & Facultatis Juridicæ
Assessoris,
Patroni & Præceptoris nunquam satis vene-
randi, publicæ Eruditionum disquisitioni
subjicit
JOHANNES TSCHERNING, SIL.
AUTOR.

In Auditorio Justitiæ Sacro

Addiẽm 22. Aprilis,
Anno 1659.



L I P S I Æ
L I T E R I S C H R I S T I A N I M I C H A E L I S .

J. C. Gigab